



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sponsalia Et Matrimonium

Schmalzgrueber, Franz

Ingolstadii, 1726

Titulus XIX. De Divortijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75229](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75229)

TITULUS XIX.

De Divortijs.

Instituta, & legitime probata Matrimonij
accufatione, proceditur ad Divortium,
& diffolutionem illius. Quari autem potest
de duplici diffolutione, quoad vinculum, &
quoad thorum. Diffolutio Matrimonij quo-
ad vinculum duplici modo fieri potest:
uno, cum diffolvitur vinculum Matrimonij

rite contracti, altero, cum invalide contracti
nullitas declaratur. Similiter etiam dif-
folutio Matrimonij quoad thorum, & co-
habitationem duplex est, perpetua, & tem-
poranea: hinc tribus §§. prefentis Tituli tra-
ctatio concludetur.

§. I.

De Indiffolubilitate Matrimonij quoad Vinculum.

S U M M A R I U M.

1. 2. Differentia circa infolubilitatem Matrimonij inter Jus Civile, & Canonicum.
3. 4. 5. 6. Inducta est infolubilitas hæc Jure naturali, fupposita institutione Divina.
7. 8. 9. 10. 11. In Lege Mofaica permiffus olim erat Hebraei Libellus repudij.
12. 13. 14. Et extendebatur hoc etiam ad cæteras Gentes.
15. 16. 17. Nunc Libellus hic antiquatus est.
18. 19. 20. An diffolvi defacto poffint Matrimonia Infidelium femel legitime contracta?
21. 22. 23. Quid dicendum, quando duo fideles conjuges ad Paganifmum, vel Judæifmum tranfeunt, & unus poftea redit ad Fidem, alter in Infidelitate permanet?
24. 25. 26. 27. An Matrimonium hoc ipfo diffolvatur per hoc, quod infidelis conjux nolit cohabitare conjugi converfo ad fidem?
28. 29. An etiam infidelis, altero conjugum ad fidem converfo, Matrimonium aliud inire poffit?
30. &c. An licite hoc poffit?
31. &c. An converfus ad fidem ad alias nuptias tranfire poffit, fi aliter conjux converti quidem nolit, cohabitare tamen converfo fine injuria Creatoris velit?
32. &c. An converfus ingredi Religionem, vel Ordines sacros poffit fufcipere?
33. An, & quibus cafibus folvi poffit Matrimonium ratum fidelium?
34. An folvi etiam poffit Dispensatione Pontificia?
35. Fundamenta Sententia negantis.
36. Deciditur pro affirmativa.
37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. Argumenta iftius.
49. Solvuntur Objectiones.
50. 51. An valida fit Dispensatio, in Matrimonio rato à Papa indulta, fi illam fine juffa causa indulerit?
52. An existente juffa causa, ad dispensandum requiratur mutuus conjugum confenfus?
53. &c. Que fint juffa caufe ad dandam, & impetrandam hanc Dispensationem?
54. &c. Utrum Pontifex difpenfare poffit in Matrimonio infidelium converforum ad fidem, fi poft Baptifinum non supervenerit nova confummatio.
55. An præter Professionem Religiofam, & Dispensationem apofolicam ex alijs caufis diffolvi Matrimonium ratum poffit?
56. Quanta fit infolubilitas Matrimonij fidelium confummati?
57. An infolubilia fint conjugia, qua inveniuntur ab Hereticis noftri temporis tum inter fe, tum cum Orthodoxis?
58. &c. Argumenta Sententia negativa.
59. 60. 61. Respondetur cum diffinitione.
62. 63. Corollaria.
64. &c. Solvuntur Argumenta oppofita.
65. An in Lege Evangelica vinculum Matrimonij fidelium confummati diffolvi poffit ex causa adulterij, à conjugum altero perpetrati?
66. &c. Argumenta Heterodoxe Sententia.
67. &c. Propugnatur Sententia negans catholica.
68. &c. Objecta folvuntur.
69. &c. Quid requiratur, ut Matrimonium fivè ratum, fivè confummatum, contractum cum Impedimento dirimente, diffolvatur quoad vinculum?

Queritur I. An, & quomodo Matrimonij
validè contracti vinculum fit indiffolubile?
R. Diffident in hoc Jus Civile,
& Canonicum; nam Jure Civili Matrimo-
nium, femel legitime inter aliquos contra-
ctum, verè, & omnino dirimi potuit etiam

quoad vinculum fole utriusque confenfu,
vel etiam alterius tantum voluntate, civi-
bus tamen Romanis feptem adhibitis, hæc
verborum formulâ, *Tuas res tibi habeto*, vel
Tuas res tibi agito. Idque fiebat vel inter
prefentes, vel inter abfentes, videlicet per
Li-

Libellum Repudij *l. divortium 2. l. nullum* 9, & passim *ff. b. tit.* donec Theodosius, & Valentinianus Imp. Christiani ad certas causas divortium restrinxerunt, quæ recensentur *l. consensu 8. c. de repudijs*. Verùm & illarum postea plerasque Justinianus sustulit, ut videre est in *Novell. 117. c. 8.*

Hodie in causis Divortij Jus Civile sequi Leges Juris Canonici debet, ex cujus declaratione Matrimonium, legitime semel contractum, superflite utroque conjuge, quoad vinculum dissolvi nequit, nisi tribus ex causis, scilicet per conversionem unius ad Fidem Catholicam, Professione Religiosa, & Dispensatione Apostolica, de quibus *infra*: in quo discedit à natura cæterorum Contractuum, quorum obligationes variè, & faciliè tolli possunt. Nec immeritò; nam idipsum indicant verba Servatoris: *Quod DEUS conjunxit, homo non separet*, *Matth. 19. v. 6.* & ipsa Matrimonij Definitio, quæ dicitur, quòd sit maris, ac familiaris conjunctio individuum vitæ consuetudinem continens, ut dictum est *suprà Tit. 1. n. 225.*

Dub. 1. à quo Jure indissolubilitas hæc descendat? Non conveniunt DD. nam aliqui adscribunt illam soli Juri naturali; alij soli Divino positivo; quidam utriusque; nonnulli distinguunt, & Matrimonij consummati quidem indissolubilitatem tribuunt Juri naturali, & Divino, Rati autem refundunt in Jus Ecclesiasticum. Melius sentiunt, qui dicunt, connubiorum indissolubilitatem quidem aliquo modo fundari in Jure naturali, non tamen ex illo solo competere, sed eo Jure primùm induci, supposita institutione Divina. Hæc Sententia cæteris præferri meretur; quia quantum fieri potest, dissidentes DD. opiniones in concordiam redigit.

Dixi 1. *Indissolubilitatem istam aliquo modo fundari in Jure nature.* Est exploratum apud Catholicos, neque istorum Doctor aliquis faciliè hoc inficiabitur. Ratio est, quia Matrimonium ex sua natura exigit amorem mutuam conjugum, & tendit ad procreationem, rectamque educationem prolis, atque institutionem ejusdem congruentem Reip. atqui ad hæc perpetuitas, & indissolubilitas Matrimonij plurimum confert; ergo &c.

Dixi 2. *Indissolubilitatem istam non competere Matrimonio ex solo Jure naturali.* Ita Sanch. *l. 2. de Matr. D. 13. n. 7.* Conink *D. 24. à n. 19.* Laym. *l. 5. tr. 10. p. 3. c. 6. n. 1.* Perez. *de Matr. D. 20. sect. 2. n. 4.* Pishing *tit. de Sponsal. § Matr. n. 139.* Wiestner *hic n. 4.* Ratio est, quia Jus naturale semper idem est, & immutatum manet, ita, ut actus, qui illo Jure sunt absolute illiciti, nullo unquam casu evadere possint liciti *S. sed § naturalia 11. Inst. de I. N. G. § C.* atqui Matrimonij dissolutio non est, nec

fuit omni casu illicita; nam ante Legem Evangelicam apud Judæos ob rationabilem causam dissolvi Matrimonium consummatum poterat etiam quoad vinculum per Libellum repudij, ut dicitur *infra n. 7.* & aperte colligitur ex *Deut. 24. pr.* post Legem Evangelicam autem dissolvi potest, quando unus tantum conjugum Infidelium ad Fidem convertitur, ut dictum est *suprà n. 2.* & pluribus explicabitur *n. 20.* *Conf.* quia spectato præcisè Matrimonio, ut est in naturæ officium, vel in remedium concupiscentiæ institutum, non apparet ratio efficax, cur dimitti à marito non possit uxor ex gravissima causa v. g. sterilitatis, lepræ, aut alterius infirmitatis, quæ debiti redditionem aut impossibilem, aut difficillimam reddat.

Dixi 3. *Supposita institutione Divina, insolubilitatem Matrimonij induci Jure naturali.* Ita Conink *D. 24. n. 24.* Perez *sect. 2. cit. n. 6.* Wiestner *l. cit. n. 8.* Ratio est, quia Juri naturali adversatur concessio usus rei alienæ invito Domino, aut alio modo, quam ab illo permissum sit; atqui DEUS est corporis, & membrorum in corpore humano dominus, & dum conjugium instituit, permittit quidem illorum usum ad actus ex se aptos ad generationem prolis in alterum transferri, sed non nisi per nexum insolubilem, ut patet ex illo *Matth. 9. v. 6. Quod DEUS conjunxit, homo non separet.* & declaratur *can. sunt qui 19. pr. caus. 27. q. 2. c. debitum 5. de Bigam. c. un. de Vot. in 6.* & in duabus Synodiis Oecumenicis, Florent. in *Decret. Union. §. septimum*, & Trid. *sess. 24. pr. conf. ij.* qui suorum corporum mutuam usum ad hujusmodi actus solum temporaneum transferunt, illis aliter utuntur, quam à Deo sit ipsis concessum; igitur peccant contra Jus naturale.

Dub. 2. An Matrimonium insolubile fuerit etiam in Lege veteri? *n.* distinguendo inter Legem naturæ, & scriptam, seu Mosaicam. In *Lege nature* fuit insolubile, ut patet ex illo Christi Domini, Phariseis, de uxoris dimittendæ licentia sciſcitantibus, inter alia reponentis: *Ab initio autem non fuit sic. Matth. 19.* At in *Lege scripta*, seu *Mosaiica* viris Hebrææ Gentis Dispensatione Divina permissum fuit Repudium uxorum suarum, ut habetur *Deut. 24. v. 1.* Hoc certum.

Controversia est, an Repudium istud uxorum Judæis licitum, an verò solum ad majora mala excludenda toleratum fuerit, vinculo Matrimonij adhuc manente. Hoc secundum affirmat S. Hieron. *l. 1. comment. in Matth. c. 5. & l. 3. c. 19.* Lyran. in *Deut. c. 24. cit. post pr. Magister in 4. dist. 33.* S. Bonav. *ibid. art. 1. q. 1. Sot. q. 2. art. 2. concl. 2.* Innoc. in *c. gaudemus 3. b. tit. n. 1.* Host. *ibid. V. qui autem, Alex. de Nevo V. cit. n. 5.* Tiraquell. *l. 9. connub. n. 5.* Covar. *p. 2. de Sponsal. c. 7. §. 4. n. 4.* Navar. *de*

de convers. Insid. conf. 3. fin. Tholof. Syn-
tagm. l. 9. c. 16. n. 1. Beyrlinch tom. 2. theatr.
V. divortium, & V. Matrimonium. Mo-
ventur præcipue verbis Christi, Quoniam
Moyfes ad duritiam cordis vestri permittit vobis
dimittere uxores vestras: quibus verbis, ut
c. gaudemus cit. v. qui autem discretè dicitur,
Repudium Hebræorum à Christo Domino
reprobatur fuit; atqui reprobatur non
fuisse, si illis fuisset licitum; ergo &c.

9 Sed verius est, Repudium Hebræis,
ex Dispensatione Divina, modò justa ex
causa fuisset factum, fuisse licitum. Ita
S. Thom. 1. 2. q. 102. art. 5. ad 3. Abb.
in c. gaudemus cit. n. 10. Durand. in 4. dist. 33.
q. 3. art. 1. n. 7. Palud. ibid. q. 1. art. 2. n.
28. Abulens. in Matth. c. 19. q. 46. § 49.
Gaëta in can. ad limina caus. 30. q. 1. S. 4. n.
203. Eckius de Sacram. Homil. 74. Bellarm.
l. 1. de Matr. c. 17. ad 14. Medin. l. 4. de
contin. contr. 1. c. 10. Angl. florib. p. 1. de
Matr. q. 7. de Bigamia art. 2. diff. 2. concl.
1. Petr. de Ledesm. de Matr. q. 68. art. 3.
concl. 1. § 2. Becan. de Sacram. c. 47. q. 2.
n. 3. Henriq. l. 11. de Matr. c. 8. n. 13. fin.
Sanch. l. 10. de Matr. D. 1. n. 7. Balboa in c.
gaudemus cit. n. 136. Pont. l. 7. c. 50. n. 1.
Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 6. n. 1. §. proba-
tur 2. Perez D. 55. sect. 1. n. 2. Gonzal. in c.
1. h. tit. n. 6. Pirhing hic n. 49. Wiestner
ibid. n. 54. & alij apud istos.

10 Ostenditur 1. ex Deut. 24. cit. v. 1.
ubi non solum datur licentia marito, ut da-
re libellum repudij uxori possit, sed etiam
clare supponitur, quòd maritus aliam uxore-
m, & uxor repudiata alium maritum pos-
sit ducere. 2. Ibid. v. 4. noluit DEUS,
ut repudiata, si à viro secundo, cui post re-
pudium nupsit, etiam repudiata fuit, à
primo viro reciperetur in uxorem; atqui si
repudio nuptiale vinculum dissolutum non
fuisse, non fuisset prohibitum, sed potius
optandum, ut ab hoc reciperetur, ad ex-
cludendum periculum peccati, & animæ;
ergo &c. 3. Levit. 21. v. 13. Specialiter
cautum est, ut Sacerdos uxorem viduam,
& repudiatam, atque meretricem non acci-
piat; igitur alijs viris, sicut licuit ducere
viduam, ita etiam licuit ducere repu-
diatam; ut quid enim speciali prohibiti-
one opus fuit respectu Sacerdotis, si id in-
discriminatim fuit inhibitum omnibus? 4.
Si uxoris repudio nuptiale vinculum dissolu-
tum non fuisset, nuptiæ, quas deinde ma-
ritus repudiata cum alia, & repudiata cum
alio contrahebant, fuissent adulterinæ, &
conf. debuissent reprobari à DEO; atqui in
Lege Veteri neque Repudium, neque nup-
tiæ post hoc contractæ uspiam reprobatae
leguntur; ergo &c. 5. Permissio repudio,
omnino conveniens fuit, ut permitterentur
etiam novæ nuptiæ repudiatae ab alio, ne si
cogeretur perpetuò manere innupta, ad-
ulterij periculis exponeretur.

Argumentum ex cit. in contrarium
Christi verbis desumptum inefficax est; di-
cendum enim, quòd Christus reprobaverit
Libellum Repudij, non pro Lege veteri, &
scripta, sed pro nova, & gratiæ, utpote
perfectiore, quàm illa fuerit: & hinc per-
mittendum in ista non fuit, quippe quod
in illa permissum tantummodo fuit, ut mi-
nus bonum, idque intuitu fragilitatis, & ob-
stinationis Judæorum.

Dub. 3. An Lege veteri durante,
Repudium licitum fuerit etiam cæteris Gen-
tibus? Negant Sot. in 4. dist. 33. q.
2. art. 2. concl. 1. Sanch. l. 10. de Matr.
D. 1. n. 8. Perez D. 55. sect. 2. n. 2. Pir-
hing hic n. 39. Rationem dant, quia
Repudium repugnat primævæ institutioni
conjugij; igitur nisi ex Dispensatione Di-
vina permittatur, illicitum est; atqui so-
lum legitur in Scripturis Divinis, quòd di-
spensatum in hoc fuerit à DEO cum Gente
Hebræa, non cum alijs; igitur alijs repu-
dium uxorum illicitum fuit. Elque hac
Sententia admodum probabilis.

Sed non minus probabilis est affirma-
tiva, quam etiam defendunt Abulens, in
Matth. 19. q. 76. ad ult. Veracrus Specul. p.
2. art. 13. per totum, Pont. l. 7. de Matr. c.
50. n. 2. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 6. n. 1. §.
adde, Barbof. in c. gaudemus 8. h. tit. n. 17.
Wiestner hic n. 55. Ratio est, quia etiam
cæterarum Gentium moribus, ut uxorum
pluralitas, ita & repudium receptum fuit,
ut de Cretensibus memoriæ prodidit Ari-
stoteles l. 2. Ethic. c. 8. de Atheniensibus
Alexander Genial. diar. l. 4. c. 8. de Romanis
Plutarchus Problem. c. 13. & pater ex Rubr.
& textibus ff. h. tit. ubi etiam forma iisdem
præscribitur.

Neque obstat, quòd de Dispensatione
cum cæteris Gentibus à DEO facta ad re-
pudiandas uxores nihil legatur in SS. Lir-
teris; nam etiam de Dispensatione cum il-
lis facta ad pluralitatem uxorum nihil in ut-
riusque Testamenti tabulis legitur, & ta-
men Divinam in ea Dispensationem ad istas
porrigi docet August. l. 22. contra Faust. c. 47.
Bellarm. l. 1. de Matr. c. 11. Valent. tom. 4.
D. 10. q. 1. p. 3.

Dub. 4. An defacto post Legem
Evangelicam promulgatam licitum sit Repu-
dium Judæis, & Gentilibus? Negativè.
Ita Sanch. l. 10. de Matr. D. 1. n. 9. Vivian.
in c. 8. h. tit. §. si, Gonzal. in c. 1. cod. n.
12. Pirhing hic n. 49. estque res omnino
certa; nam Lege Evangelica Matth. 19. v.
6. Repudij Libellus antiquatus, & nuptiale
foedus, sicut ad Monogamiam, sic etiam ad
primævam indissolubilitatem à Christo Do-
mino revocatum est; ut expressè definitum
est c. gaudemus 8. h. tit. ibi, Qui autem se-
cundum sum ritum legitimam repudiavit uxore-
m, cum tale repudium Veritas in Evangelio
reprobaverit, nunquam ea vivente, licite pote-
rit

17 *aliam, etiam ad Fidem Christi conversus, habere. Neque obest, quod alijs præceptis Legis Evangelicæ, excepto Baptismo, ante istius receptionem non obligentur Infideles; id enim verum est de præceptis Divinis merè positivis, non verò de ijs, quæ obligationem suam ducunt ex Jure naturali, quale etiam juxta dicta n. 3, est hoc nostrum, Repudij Libellum prohibens.*

16 Et hinc si Judæorum, aut Paganorum aliquis ad Fidem convertatur, qui in Judaismo, vel Infidelitate adhuc constitutus, plures successivè uxores duxit, ex omnibus primam, eamque solum retinere, vel si etiam repudiavit, cæteris abdicatis, recipere debet, saltem si sine Creatoris contumelia cum ipso habitare velit, ut Tiberiadis Episcopo rescripsit Innocentius III. c. *gaudemus cit. §. qui autem*, & notat Sanch. D. 1. cit. n. 10. § 11. Perez D. 55. *señ. 2. n. 3. § 4. Vivian. in c. gaudemus 8. h. tit. §. si paganus*, Canif. *ibid. n. 3. Barbof. n. 1. Engl. tit. 16. §. 2. n. 4. §. si verò*, Vallens. *hic §. 1. n. 4. Zcel. n. 7. Pirhing n. 38. §. consultus*, & n. 43. Schambog. n. 31. § 33. Wiestner n. 11. § 56. *Ratio est*, quia prima conjuge vivente, conjugium cum alia initum nullum fuit.

17 Addidi, *Saltem, si sine Creatoris contumelia cum ipso habitare velit*; nam si vel simpliciter, vel sine Creatoris contumelia uxor ejusmodi, in Infidelitate permanens, cum marito converso cohabitare nolle, eo casu conversus à Judaismo, vel Paganismo, eâ desertâ, cum secunda, vel alia muliere aliunde non impedita Matrimonium inire possit, prout declarabitur n. 20.

18 Quæritur 2. An dissolvi defacto possint Matrimonia Infidelium semel legitime contracta? 19. cum distinctione: Vel enim uterque conjugum perseverat in Infidelitate, vel uterque ad fidem convertitur, vel unus convertitur, alter manet in infidelitate.

Si primum, conjugium, semel ab ipso legitime contractum, non nisi morte dissolvi potest, etsi per carnalem copulam non sit consummatum. Palao 18. D. 3. p. 2. §. 3. n. 1. cum cæteris. *Ratio perspicua est*; si enim dissolvi posset, dissolvi posset vel à Papa, vel à Principe, aut Magistratu ipsorum sæculari, vel ipso contrahentium consensu; atqui nec dissolvi potest à Papa, utpote cujus potestas se solum eos porrigit, qui per Baptismi januam ingressi aliquando Ecclesiam sunt: nec à Principe, aut Magistratu sæculari; non enim constat, quod DEUS hanc potestatem solvendi Matrimonium ulli Principi, aut Magistratu infideli concesserit: neque denique ipso contrahentium consensu; quia insolubilitatem, sicut suo consensu non induxerunt, ita neque eam tollere possunt.

19 si secundum, discurrendum est de istorum Matrimonio, sicut de Matrimonijs Fir. R. P. Schmalzgrueber L. IV.

delium, de quibus *infra n. 63.* dicitur, quòd si consummatum sit, nulla potestate humana quoad vinculum dissolvi possit, cum à DEO ipso insolubilitatem habeat; Si verò consummatum non sit, solvi possit duobus casibus, videlicet Professione Religiosa, & Dispensatione Pontificia. Palao l. cit. n. 2. Engl. tit. 16. §. 2. n. 5. §. si infidelis, Pirhing *hic n. 37. not. 7.* *Neque obstat*, quòd tale Matrimonium Sacramentum non sit, & etiam non fiat post conversionem Infidelium conjugum ad fidem; nam imprimis, ut *Tit. 1. n. 309.* monui, multi asserunt, ejusmodi Matrimonium, converso ad Fidem utroque conjuge, in Sacramentum transire; deinde concessio hoc, prout n. 310. concessi, quòd in Sacramentum non transeat, non tamen inde fit, illud solubile esse, cum jam nullus adsit casus, in quo à Christo solutio concedatur, quippe quæ in Matrimonio consummato solum conceditur casu, quo unus conjugum ad fidem convertitur, altero renuente converti, ut mox dicemus.

Si tertium, duo sunt casus, quibus 20 id solvi, etiam quoad vinculum, potest. Unus est, quo perseverans in errore cum converso absolute cohabitare renuit, sed ab ipso discedit ideo solum, quòd ille Baptismum susceperit *can. simili 3. can. uxor 4. can. infidelis 7. Ec. caus. 28. q. 1. c. quanto 7. §. nos igitur*, & c. *gaudemus 8. §. qui autem h. tit. & innuit S. Paulus 1. Corinth. 7. v. 15.* Alter est, quo ille cohabitare quidem converso vult, sed non sine contumelia Creatoris: quæ duplici modo fieri potest. Primo directè nomen, & Fidem Christi despiciendo, ejusque laudes, & domesticorum conversionem prohibendo *can. infidelis, c. quanto, & c. gaudemus cit.* & secundo indirectè, fidelem inducendo ad peccatum v. g. latrocinij, lenocinij, vel ad alterius flagitij participationem *can. uxor. cit. can. idololatria 5. & can. non solum 6. q. cit. c. quanto, & c. gaudemus cit.* His casibus dissolutio Matrimonij etiam consummati conceditur in favorem Fidei, & Religionis ex privilegio, & Dispensatione Divina, quam S. Paulus l. cit. innuit, & docent communiter DD. Et hinc responsioni nostræ non obstant verba Christi, *Quod DEUS conjunxit, homo non separet.* Math. 19. v. 6. negatur enim, quòd dissolutio hæc auctoritate humana fiat.

Dub. 1. An simili modo, si duo conjuges fideles ad Paganismum, vel Judaismum transeant, deinde verò unus ad Fidem Christianam redeat, altero perseverante in infidelitate, jus habeat conversus dissolvendi Matrimonium, & discedendi à perseverante in errore? *Affirmativam* videtur probare paritas rationis, nempe Fidei Christianæ favor.

Sed revera nulla est paritas; cum enim illorum Matrimonium propter suscep-

tionem Baptismi ratum, & carnali copula consummatum jam sit, ac proinde indissolubilem unionem Christi cum Ecclesia perfectè significet, nullo etiam fidei favore quoad vinculum dissolvi potest. Ita Vivian, in c. 2. b. tit. 7. Et tunc, Barbof. in c. 7. eod. n. 1. Canif. ibid. n. 1. Wagnereck not. 2. Engl. tit. 16. §. 2. n. 6. Vallens. hic §. 1. n. 3. Pirhing 2. 33. Schambog. n. 16. fin. König n. 28. Wiestner n. 25. & innuit in Trid. sess. 24. can. 5. de Sac. Matr. ibi, si quis dixerit, propter Hæresin -- dissolvi posse Matrimonij vinculum, anathema sit. Proceditque hoc, etsi perseverans in Infidelitate converso vel simpliciter, vel sine contumelia Creatoris cohabitare nolit per textum, & DD. in c. quanto cit. 7. si vero alter.

23; Addidi quoad vinculum; nam divorcium quoad thorum, & cohabitationem tali casu is, qui in fide permanet, vel ad eandem redit, facere potest, ut patet ex c. fin. de convers. conjugat. c. de illa 6. b. tit. & docent Canif. in c. quanto cit. n. 2. Barbof. in c. de illa n. 2. Engl. n. 6. cit. Wiestner n. 25. fin.

24 Dub. 2. An eo ipso, quod infidelis fidei, vel simpliciter, vel sine contumelia Creatoris cohabitare renuat, eorum conjugium dirimatur? Affirmant Gloss. in c. quanto 7. V. qui relinquitur b. tit. Innocent. ibid. paulo post pr. Host. n. 3. Abb. n. 7. Præpos. n. 5. Goifred. Summ. b. tit. n. 7. Abul. 1. Reg. 8. q. 30. Cucch. l. 5. Infit. major. tit. 12. n. 100. & videtur sumi 1, ex can. fin. caus. 28. q. 2. ubi relatus S. Gregorius, Contumelia Creatoris, ait, solvit jus Matrimonij, circa eum, qui relinquitur. 2. Idipsum innuere videtur S. Paulus 1. Corinth. 7. v. 15. ubi docet, fidelem ob discessum infidelis servituti, h. e. prioris conjugij vinculo, non esse subjectum. 3. Confirmat etiam ratio; nam tali casu novum conjugium cum fidei iniri à converso validè nequit ante prius iniri dissolutionem; potest autem conversus à tempore discessus prioris conjugis infidelis inire aliud Matrimonium; ergo à tempore discessus, & conf. post ipsum discessum prius conjugium videtur dissolutum.

25 Sed dicendum, hoc casu prius Matrimonium non ante solvi, quam conversus Matrimonium aliud ineat cum alio fidei; & sic contractus secundi erit dissolutio primi. Ita S. Thom. in 4. dist. 39. q. un. art. 5. ad 2. S. Bonav. ibid. art. 2. q. 2. fin. Durand. q. 2. n. 14. Palud. q. un. art. 2. n. 12. Sot. q. un. art. 4. Sylv. V. Matrim. 8. q. 10. dict. 6. Navar. M. n. c. 22. n. 49. Covar. p. 2. de sponsal. c. 7. §. 4. n. 5. Henriq. l. 11. de Matr. c. 8. n. 4. Valent. p. 4. D. 10. q. 1. p. 7. Sanch. l. 7. D. 75. n. 4. Conink D. 26. n. 63. Rebell. p. 2. de Oblig. Just. l. 3. q. 10. sect. 2. Pont. l. 7. c. 48. n. 17. & l. 9. c. 4. n. 17. Palao tr. 28 D. 3. p. 2. §. 3. n. 5. Clericat. de Sac. Matr. decis. 11. n. 19. Canif. in c. 7. b. tit. n. 3.

Barbof. ibid. n. 3. Wagnereck not. 2. Engl. tit. 16. §. 2. n. 5. Zæf. hic n. 5. Pirhing. n. 35. not. 3. Schambog. n. 22. fin. Wiestner n. 27. Magnif. P. Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 54.

Sumitur 1. ex c. gaudemus s. b. tit. ubi 26 7. super quo, generaliter dicitur, per Sacramentum Baptismi non solvi conjugia. 2. Idipsum habetur can. si quis 1. caus. 28. q. 2. ubi Concilium Meldense statuit, eum, qui habuerit uxorem virginem ante Baptismum, vivente illa post Baptismum, alterum habere non posse, addita ratione; quia crimina in Baptismo solvantur, non conjugia. 3. Si uxor, quæ post conversionem mariti sui in infidelitate aliquamdiu mansit, & eidem aut simpliciter, aut sine contumelia Creatoris cohabitare nolit, dein mutata voluntate, & ipsa convertatur, maritus conversus recipere illam compellitur, nisi interea aliam duxerit; atqui si vinculum Matrimoniale per ipsum discessum fuisset dissolutum, non esset ratio, quare ipsam teneretur recipere, cum, vinculo conjugali dissoluto, tam parum ipsi, quam alijs obligetur, ergo &c.

Neque obstant Argumenta opposita, 27 Ad 1. Contumeliâ Creatoris eatenus jus Matrimonij dicitur solvi, quatenus is, qui relinquitur, non obstante vinculo Matrimonij à se contracti, nec tenetur cum infideli cohabitare, nec impeditur à novo Matrimonio contrahendo, ut adeo textus ille non de actuali, sed de potentiali solum Matrimonij solutione intelligendus sit. Ad 2. eadem responsio; dicendum enim, per discessum infidelis fidelem conversum liberatum esse à servitute, seu vinculo Matrimonij, non quasi istud jam actu solum sit, sed quia ex eo iste occasionem acquirit vinculum istud per novi Matrimonij contractum solvendi. Ad 3. retorquetur Argumentum in corruptione formæ antiquæ, & introductione formæ novæ, qui juxta probabiliorem sunt effectus simultanei ejusdem actus primi proximi, qui dum generat formam novam, corrumpit antiquam; pariter igitur effectus simultanei ejusdem voluntatis novum matrimonium inveniendi erit dissolutio antiqui, & contractus novi: unde non sequitur (ut argumentum videtur intendere) quoddam in instanti Contractus fidei, ad alia Vota transiens, ligatus sit duobus Matrimonijs.

Dub. 3. an etiam Infidelis, altero conjugum ad Fidem converso, Matrimonium aliud inire possit? Certum est, quod hoc non possit statim, & antequam conversus ad Fidem aliam uxorem ducat, aut vicissim conversa ad Fidem alij marito nubat. Quo confirmatur Responsio n. 25. data; nam si Matrimonium statim, & ipso discessu solveretur, aliud conjugium posset ab ipso discessu inire uterque, & non solum is, qui relinquitur, seu fidei; ac proinde, si infidelis statim iniret aliud, validum illud foret: quod à nemine admitti testis est Sanch. l. 7. de Matr. D. 75. n. 4.

Certum est 2. dissoluto Matrimonio per transfum fidelis ad alias nuptias, valide infidelem ad aliud Matrimonium transire; quia cum Matrimonij vinculum claudicare nequeat, eo ipso, quòd dissolvatur ex parte fidelis, dissolutum manet ex parte utriusque: ac proinde nihil est, quod valori Matrimonij, tunc per infidelem initi, obstet. Sanch. Disp. 77. n. 1.

Controversa est, an hoc secundo casu Infidelis ad alias nuptias transire possit etiam licitè? Negativam defendit S. Thom. in 4. dist. 39. q. un. art. 5. ad 3. Sot. ibid. art. 4. v. contra hoc tamen. Angl. florib. p. 1. de Matr. q. 12. art. 2. dub. 6. Barth. à Ledesmi. de Matr. dub. 56. post concl. 4. & alij apud Sanch. D. 77. cit. n. 3. & sumi videtur ex can. fin. caus. 28. q. 2. & c. quanto 7. b. tit. ubi prius Matrimonium dissolvi dicitur quoad eum, qui relinquitur. Rationem dant, quia Infidelis renuens converti, & propterea discedens à converso **in DEUM peccat, & in Matrimonium**, ut can. fin. cit. ait Gregorius; meritò igitur arcetur à novo conjugio ineundo: & hoc quidem non Jure Ecclesiastico, quippe cui ipse non subest, sed naturali Divino, quod conjugem infidelem ex Matrimonij lege obligabat, ut fidelem sequeretur.

Diffident tamen DD. isti à se invicem, dum aliqui illorum cum S. Thoma putant, Infidelem hujusmodi etiam post conversionem suam ad fidem arceri ab alijs nuptijs contrahendis, nisi cum ipso dispensatum fuerit. Alij contra cum S. Bonav. in 4. dist. 39. art. 2. q. 2. Astens. p. 2. Summ. l. 8. tit. 21. art. 2. q. 12. Turrec. in can. simili 3. caus. 28. q. 1. Ludov. Lop. p. 2. instruct. de Matr. c. 53. col. antep. rigorem hunc moderantur, dum ajunt hujusmodi Infidelem non posse quidem hoc casu contrahere novum Matrimonium, si perseveret in infidelitate, posse autem, si postquam conjux ejus, ad fidem conversus, novum Matrimonium inijt, etiam ipse convertatur ad fidem ex ratione, quia in poenam peccati, quod commisit discedendo à conjugate converso, interdicitur ipsi Matrimonium; cum ergo ratione Baptismi absolvatur à culpa, necesse est, ut etiam extinguatur poena culpæ illi correspondens.

Sed dicendum, licitè hoc casu posse infidelem, etiam obstinatum, dissoluto jam Matrimonio à fideli, aliud inire Matrimonium. Ita Gloss. in can. fin. cit. V. **in Matrimonium**, Durand. in 4. dist. 93. q. 2. n. 25. Abul. 1. Reg. 8. q. 127. Veracru. p. 2. Specul. art. 34. concl. 2. Henric. l. 11. de Matr. c. 8. n. 5. fin. Sanch. D. 77. cit. n. 6. Hurtad. D. 8. difficult. 13. fin. Palao tr. 28. D. 3. p. 2. §. 3. n. 14. Wiest. hic n. 28. & communis aliorum. Ratio est, quia nullum Jus extat, quod ipsum tali casu prohibeat à Matrimonio. Conf. à pari; nam

conjugate mortuo, novum conjugium inire superstes liberè potest secundum omnes alicujus nominis DD. ex ratione, quia vinculum Matrimonij per mortem dissolvitur, atqui non minùs dissolvitur vinculum Matrimonij, altero, qui conversus ad fidem est, conjugium aliud cum fideli ineunte. ergo &c.

Neque contrarium probant textus n. 33 30. ab Adversariis allegati; dicendum enim quòd ijs tantum innuatur diversa ratio; quæ est inter conversum, & non conversum; converso enim per discessum infidelis datur jus dissolvendi Matrimonium cum ipso initum per contractum novi Matrimonij, quale jus non habet perseverans in infidelitate, quippe qui secundum dicta n. 28. exspectare debet, donec conversus ad alia Vota transeat. Ad argumentum ductum ex ratione peccavit quidem infidelis violans obligationem prioris Matrimonij, quæ adstringebatur sequi priorem conjugem ad fidem conversum; at priori illo Matrimonio per contractum novi dissoluto, nulla Lex Divina naturalis superest, quæ ipsum arceat à novo conjugio.

Dub. 4. an, altero conjugate converti 34 quidem renuente, sed tamen converso conjugate sine ulla contumelia Creatoris cohabitare volente, iste nihilominus ab infideli recedere, & Matrimonium aliud cum fideli inire valeat? Affirmat Abb. in c. 7. b. tit. n. 6. **in 7. Sot. in 4. dist. 39. q. un. art. 4. v. est tamen**, Henric. l. 11. de Matr. c. 8. n. 4. fin. & in Comment. Lit. S. fin. Sanch. l. 7. de Matr. D. 74. n. 9. Rebell. p. 2. de oblig. Just. l. 3. q. 10. sect. 2. Pont. l. 7. c. 48. n. 10. Clericat. decis. 11. n. 40. & videtur colligi ex can. Judæi 10. caus. 28. q. 1. ubi mulieri Judææ, ad fidem conversæ, cohabitatio cum viro, in Judaismo perseverante, prohibetur. Et confirmatur ex ratione: quia hodie saltem Infidelium animi ita obstinati sunt, ut nec conversionis, nec cohabitationis, sine contumelia Creatoris stabiliendæ, spes ulla affulgeat, sed contra manifestum periculum sit pervertendi conjugis, & huic famulantium domesticorum.

Sed verius est, in prædicto casu fidelem 35 conversum non posse aliud Matrimonium inire. Ita S. Thom. in 4. dist. 39. q. un. art. 5. Corp. S. Bonav. ibid. art. 2. q. 1. Palud. q. un. art. 2. n. 12. Gratian. post. can. fin. §. hic distinguendum caus. 28. q. 1. Host. in c. 8. b. tit. n. 13. Ant. de Butr. ibid. n. 3. Sylv. V. Matrimonium 8. q. 10. dict. 6. Navar. Man. c. 22. n. 49. Valent. de Matr. D. 10. q. 1. p. 7. circa pr. Tolet. l. 7. Summ. c. 7. n. 3. Palao tr. 28. D. 3. p. 2. §. 3. n. 9. Engl. tit. 16. §. 2. n. 5. fin. Wiestner hic n. 29. & desumitur ex c. quanto 7. & c. gaudemus 8. b. tit. ubi Innocentius III. recessum ab infideli non permittit, nisi cum iste prior discedit, aut ejus cohabitatio conjuncta est cum

cum contumelia Creatoris. Clara est auctoritas S. Pauli 1. Corinth. 7. v. 12. § 13. ubi hoc casu non concedit recessum ab infidelibus: & addit rationem, quia per conjugem fidelem quodammodo sanctificatur conjux infidelis.

36 Ad textum *can. quædam cit.* dico, illum esse sumptum ex *Concil. Tolet. IV.* quod non universale, sed solummodo Provinciale fuit. Accedit, quia textus ille non loquitur de omnibus infidelibus, sed de solis Judæis, imò de istorum duntaxat uxoribus, quibus ob specialem ejus sectæ pervaciam majus perversionis periculum imminet, ut notat Barbof. in *can. cit. 1.* Ad *Conf.* responsio nostra procedit casu, quo non est morale periculum perversionis: certè teste Palao §. 3. *cit. n. 10.* etiam hodie Æthyopes, & Indi Neophyti cohabitant conjugibus infidelibus, periculo perversionis suæ aut nullo, aut exiguo, contra verò magna spe convertendi conjugis infidelis.

37 Dub. 5. an conjugum uno ad fidem converso, & altero propterea ei cohabitare nolente, Matrimonium etiam solvatur, si conversus suscipiat Ordinem Sacrum, aut profiteatur Religionem? *Certum est*, tali casu conversum licitè suscipere SS. Ordines, aut Professionem edere in Religione: neque isto casu, Ordinibus jam assumptis, aut Professione edita, inflaurandum conjugium, etsi postea ad fidem convertatur etiam alter, ut notat Sanch. l. 7. de *Matr. D. 76. n. 6.* Conink. *D. 26. n. 62.* Palao *tr. 28. D. 3. p. 2. §. 3. n. 11.* Zeeb. *hic n. 5. fin.* Wiestner *ibid. n. 31.* cum S. Thom. in 4. *dist. 39. q. un. art. 5.* Ratio est quia Jure, & legitime statum incompatibilem assumit. igitur sicut qui ob adulterium uxoris celebravit divortium, & Religionem professus, vel ad Ordinem Sacrum promotus est, non restituitur, sic nec restituitur, qui ad fidem conversus à conjugem, in infidelitate perseverante, discessit, & dicto modo mutavit statum.

38 *Controversa est*, an per assumptionem SS. Ordinum, aut Professionem Religiosam dissolvatur Matrimonium etiam quoad vinculum, ita, ut is, qui perseverat in infidelitate, postea aliud Matrimonium validè inire possit? Affirmat S. Bonav. in 4. *dist. 39. art. 2. q. 2.* Ovand. *ibid. D. un. fin.* Major. *q. un. v. ad aliud*, & nonnulli alij, quòd uterque status priori conjugio repugnans sit. *Contra* Sanch. *D. 76. cit. n. 9. § 11.* Salmanticens. de *Matr. tr. 9. c. 4. n. 52.* Clericat. de *Matr. c. 5. n. 71.* distinguunt, & concedunt hanc vim quidem Professioni Religiosæ, negant susceptioni SS. Ordinum. *Rationem* dant, quia nupsiam in Jure exprimitur, nec ratione evincitur, quòd Sacer Ordo vim habeat aliquo casu Matrimonia infidelium dissolvendi. At de Professione Religiosa probare videtur ratio; nam

Professio Religiosa dissolvit Matrimonium ratum fidelium, quod est vinculum fortius Matrimonio consummato infidelium, cùm illud in casu *n. 42.* solvat. igitur juxta tritum illud, *Si vinco vincentem te, multo magis vinco te l. de accessionibus 14. §. si mihi 3. ff. de divers. § temporal. prescripti.* Professio Religiosa etiam vim habebit solvendi Matrimonium consummatum infidelium.

Sed melius hæc vis solvendi matrimonium consummatum infidelium etiam negatur de Professione Religiosa. Ita Abulens. 1. *Reg. 8. q. 68. § 74.* Conink. *D. 26. n. 65.* Pont. l. 9. c. 4. n. 19. Hurtad. de *Matr. D. 1. difficult. 14. n. 52.* Palao *tr. 28. D. 3. p. 2. §. 3. n. 12.* Perez. *D. 36. de Matr. sect. 2. n. 2.* Wiestner *hic n. 33.* Ratio est, quia dissolutio matrimonij fieri non potest, nisi ex concessione Divina. atqui nupsiam invenitur concessum Professioni Religiosæ, ut possit dirimere matrimonium consummatum infidelium, ergo &c.

Ad Rationem in contrarium allatam ne. 40 gatur paritas; nam I. matrimonio rato, quod infidelis conversus ad fidem post Baptismum susceptum inijt, vis dissolvendi matrimonium consummatum, antea cum perseverante in infidelitate initum, à DEO data est, ne infidelis post conversionem suam, & susceptum Baptismum vei à matrimonio abstinere, vel in prius inito perseverare cogatur cum contumelia DEI, & salus suæ periculo: quæ ratio cessat in eo, qui Religionem proficitur, 2. quòd Professio Religiosa possit dissolvere matrimonium ratum fidelium, & matrimonium ratum, à fideli converso initum, dissolvat consummatum, antè initum cum infideli, sunt privilegia singularia, & à communibus Regulis exorbitantia, singularium autem, & exorbitantium extensio facile admittenda non est, nisi fortiter probetur *arg. Reg. que à Jure 28. in 6.* 3. qui Novitiatum auspicatur post matrimonium ratum, non tenetur prius monere conjugem mansurum in sæculo, vel illo petente ad sæculum regredi: ad utrumque tenetur fidelis conversus; nam Novitiatum ingredi non potest, nisi infideli prius monito, & si hic convertatur ad fidem, antequam Novitiatum ingressus Professionem faciat, tenetur iste, illo petente, ad sæculum regredi, & reintegrare cum illo matrimonium.

Non plus probatur per Argumentum ductum ex l. *accessionibus cit.* nam illi locus non est in ijs, quæ proveniunt ex diverso Jure: proveniunt autem ex diverso Jure vis dissolvendi Matrimonium consummatum infidelium, & vis dissolvendi matrimonium ratum fidelium; nam prior Matrimonio rato fidelis conversi competit Jure Divino, posterior Professioni Religiosæ Jure Ecclesiastico.

Quæritur 3. an, & quibus casibus solvi possit Matrimonium ratum infidelium?

Certum est, illud dissolvi, etiam quoad vinculum, Professione solenni in aliqua Religione, à Sede Apostolica approbata, edita. Patet ex c. verum 2. c. ex publico 7. de convers. conjug. Extrav. antiquæ Joan. XXII. de Pot. & Trid. sess. 24. can. 6. de Sacr. Matr. ibi, Siquis dixerit, Matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem Religionis Professionem alterius conjugum non dirimi, anathema sit. Ratio est, quia licet etiam matrimonium ratum præter vinculum ex contractu ortum habeat rationem veri, ac propriè dicti Sacramenti novæ Legis, non tamen significat unionem insolubilem Christi cum Ecclesia, sed solubilem animæ per gratiam cum DEO: & hinc neque ipsum est insolubile.

43 Dub. 1. an Matrimonium ratum possit dissolvi dispensatione Summi Pontificis, ita, ut deinde utrique conjugi aliud matrimonium inire liceat? Negant Scot. in 4. dist. 31. q. 1. v. tertio, S. Bonavent. ibid. dist. 27. art. 3. q. 2. Alex. de Nevo in c. tuas 5. de Sponsal. duor. n. 14. Turrecr. in can. sicut, qui dicunt 27. q. 2. art. 3. n. 5. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 7. §. 4. n. 13. Victoria de Matrim. in Summ. n. 281. Sot. l. 7. de Just. q. 2. art. 5. v. Et licet peregre. & in 4. dist. 27. q. 1. art. 4. Gutier. l. 1. can. 99. c. 17. n. 12. Valent. tom. 4. Disp. 10. q. 1. p. 7. Pont. l. 9. de Matr. c. 3. n. 3. Palao tr. 28. Disp. 3. p. 2. §. 2. n. 3. Reiffenstuel hic. n. 3.

44 Nititur Sententia ista partim auctoritate, partim ratione. Nam 1. si matrimonium ratum Pontificia Dispensatione dissolvi possit, possit dissolvi maximè casu, quo uni ex duobus amentia, aut furor, vel infirmitas aliqua accesserit, aut quo vir à Barbaris exsectus, excæcatus, vel membris truncatus fuerit, atqui ob hanc causam conjugia posse dissolvi, expressè negat Nicolaus Papa can. hi qui 25. caus. 32. q. 5. imò Christus ipse, dum Matth. 19. v. 6. ait: Quod DEUS conjunxit: homo non separet; & Quicumque dimiserit uxorem -- nisi ob fornicationem, necbatur. 2. Innocentius III. c. ex parte 14. de convers. conjug. ad consultationem Archiepiscopi Lugdunensis respondit, quòd ex quo Matrimonium inter legitimas personas per verba de presenti contrahitur, illis viventibus, in nullo casu possit dissolvi -- nisi forte Jesus fieret ex revelatione Divina. 3. Alexander III. in c. licet 3. de Spons. duor. reprobat judicium Prædecessorum, qui pronuntiarunt pro Matrimonio, quod post primum cum una ratum initum est cum alia, & carnali copula consummatum, atqui non fuisset causa hoc judicium improbandi, sed potius credi debuisset dispensatum fuisse in priori rato, si in hoc Pontifex dispensare possit. 4. si Pontifex dispensare in matrimonio rato possit, aliquando in hoc dispensasset. atqui non conitat antiquos Pontifices unquam in eo dispensasse: imò In-

nocentius VIII. ut testis est Abb. in c. ex publico cit. n. 14. cum supplicaretur ipsi pro matrimonij nondum consummati dispensatione, disertè respondit id se non posse. 5. si Papa in conjugio fidelium nondum consummato dispensare possit, in eodem dispensare cum infidelibus sibi subiectis possent Gentiles Principes; quia circa contractus, cujusmodi eorum Matrimonium ante consummationem est, non minus possunt, quam circa contractus fidelium possit Papa. 6. non potest Pontifex dispensare in Jure Divino, & naturali ex communi, & recepta TT. sententia, atqui Matrimonium etiam ratum Jure Divino, & naturali est insolubile; nam etiam de illo procedunt verba Christi, Quod DEUS conjunxit, homo non separet. Matth. 19. v. 6. 7. matrimonium ratum est verè Sacramentum, & hujus essentia est, ut sit perpetuum, & insolubile, atqui Pontifex mutare essentiam Sacramenti nequit. 8. Matrimonium consummatum, ut infra n. 63. dicitur, ex indulgentia Pontificis dissolvi nequit, ergo nec ratum, utpote quod juxta communem non nisi accidentaliter à consummato differt, cum carnale commercium solum ad integritatem, non ad essentiam Matrimonij spectet.

Verùm his non obstantibus, dicen- 45 dum, quòd Papa possit dispensare in matrimonio rato fidelium, Ita Gloss. in c. ex publico cit. fin. Innocent. ibid. in fin. Joann. Andr. n. 9. Anton. de Butrio n. 16. Abb. n. 14. Sylv. V. divortium q. 4. Brunell. de Sponsal. concl. 1. n. 11. & concl. 30. n. 1. Navar. Man. c. 22. n. 21. Bellarm. l. 2. de Monachis c. 38. §. altera solutio est, Henric. l. 11. de Matr. c. 8. n. 11. & l. 12. c. 5. n. 3. & c. 16. n. 7. Philirc. de Offic. sacerdot. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 16. Sanch. l. 2. de Matr. D. 14. n. 2. Less. l. 2. de J. & J. c. 40. n. 146. Suar. tom. 3. de Relig. l. 6. c. 17. n. 21. Petr. Barbof. in Rubr. ff. solut. Matr. p. 2. n. 103. Aug. Barbof. l. 2. l. E. l. c. 2. n. 121. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 6. n. 4. Gobat Theol. Exper. tr. 10. n. 691. Clericat. de Sacr. Matr. decis. 15. n. 38. Pignatell. tom. 1. consult. 148. n. 5. §. 6. Vallens. hic §. 2. n. 2. Zael. ibid. n. 9. Engl. n. 8. König n. 6. Wiestner n. 39. §. seqq. Magnif. P. Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 14. §. seqq. Etque sententia ista hodie receptissima, & verissima, ita, ut Gobat, & Pignatell. l. cit. asserant, sine temeritate, & contumelia Sedis Apostolicæ contrarium asseri non posse.

Offenditur 1. ex facto plurium Sum- 46 morum Pont. in ejusmodi conjugijs dispensavit Gregorius VII. apud Baronium in Annal. Eccl. ad annum Christi 1074. Martinus V. & Eugenius IV. apud S. Antonin. in Summ. p. 3. tit. 1. c. 21. §. 3. Alexander VI. apud Clericat. l. cit. n. 22. Paulus III. & Pius IV. apud Navar. Man. c. 22. n. 21. Gregorius XIII. & quidem undecies una die apud Henric. l. 11.

c. s. n. 11. in Gloss. Lit. F. Paulus V. præmissa consultatione S. Congreg. Concil. apud Fagn. in c. perniciosam 1, de Offic. Jud. Ord. n. 61. Urbanus VIII. apud Corrad. Prax. Dispensat. Apost. l. s. c. 7. n. 25. & Vinc. de Just. de Dispensat. Matr. l. 2. c. 10. n. 17. quos omnes Pontifices in re tam gravi errasse sine temeritate dici non potest, ut rectè notant Valent. 3. p. D. 10. q. 1. p. 7. Pirhing tit. de Sponsal. & Matr. n. 142. Wiestner hic n. 40. Neque dicas, hunc esse tantum errorem facti, qui etiam admittitur in Pontifice; quia est de solubilitate vinculi matrimonij rati, de honestate, & valore Dispensationis in eo concessæ, item de valore, & honestate conjugij, post ita factam Dispensationem cum alio initi, in quibus si erratum est, apertè est error Juris.

67 *Offenditur 2. Potestas Papæ in ijs præsertim, quæ publicum Ecclesiæ, & animarum bonum concernunt, extendi debet, quantum potest, hoc ipso, quòd eidem universalem gubernationem Ecclesiæ Christi commiserit verbis, Quodcumque ligaveris, & Quodcumque solveris &c. Math. 16. v. 18. atqui Dispensatio in matrimonio rato concernit Publicum Ecclesiæ, & animarum bonum, quippe cum per illam gravia Ecclesiæ mala impedi, ejusque, & animarum bonum promoveri possint, ergo nisi vinculum matrimonij rati aliunde sit penitus indissolubile, etiam ad hoc extendi debet potestas dispensandi Pontifici concessa à Christo, non est autem omnino indissolubile; si enim tale esset, esset vel ex ratione contractus, vel ex ratione Sacramenti, & significationis illius: non est tale ex ratione contractus, ut patet ex matrimonijs infidelium, quæ dissolvi possunt: non ex ratione significationis suæ; quia matrimonium ratum solum significat conjunctionem Christi per Charitatem cum anima Justa, quæ conjunctio solvi potest, ergo &c.*

48 *Offenditur 3. Pontifex dispensare potest in Voto Solenni Religionis, ut habet verior Sententia, & dictum est Libr. 3. Tit. 31. n. 211. ergo etiam, & multo magis in matrimonio rato, cujus vinculum est infirmius vinculo Professionis Religiosæ, cum per hanc matrimonium ratum solvatur: ut adeo locus sit Regulæ: Si vinco vincentem te, à fortiori vinco te; quam tradit Gloss. in l. in accessionibus 14. ff. de divers. & temporal. præscript. Confirmatur Sententia hæc non mediocriter ex resolutione Congregationis specialis, jussu Clementis VIII, die 16. Jul. 1599. super hoc puncto indictæ, in qua interverunt octo Cardinales, quatuor Auditores Rotæ, & duo alij Theologi, omnes viri sapientissimi, qui omnes unanimiter dixerunt, Papam in matrimonio rato dispensare posse, ut refert Pignatell. tom. 1. consult. 148. n. 5.*

49 *Argumenta n. 44. allata plus appa-*

rentiæ, quàm veritatis habent. Ad 1. textus ille can. hi qui cit, uti & verba Christi, Quod DEUS conjunxit, homo non sepatet &c. intelligi debent de matrimonio consummato, ut liquet ex c. de publico 7. de convers. conjug. Ad 2. Pontifex in c. ex parte cit, non dicit, quòd matrimonium ratum, utroque conjugè vivente, aliter, quàm Divina revelatione solvi non possit, sed solum ait, quòd id possit non inconsultè videri: quo tamen ipse nihil motus, ad Archiepiscopum Lugdunensem rescribit, non obstante vinculo matrimonij rati, licitum esse cuilibet, altero etiam inconsulto, ad Religionem transire, & ibi profiteri. Et hinc potius confirmatur nostra sententia; nam Professio Religiosa præcisè ratione solennitatis, quæ tamen Jure Ecclesiastico introducta est, vim dissolvendi matrimonium ratum habet, ut dictum est supra Tit. 6. n. 48. igitur certum est, quòd potestas Ecclesiæ ad dissolutionem matrimonij rati se extendat, si autem ad hanc se extendit, autoritate ejusdem Ecclesiæ obtineri illa etiam per viam Dispensationis poterit. Ad 3. in c. licet cit, solum receditur a facto Prædecessorum, pronuntiantium pro valore secundi matrimonij consummati, initi motu proprio, & non petità, vel obtentà Apostolica Dispensatione. Ad 4. Minoris propositionis falsitas patet ex n. 46. Dum Innocentius VIII, negavit se dispensare posse, id intelligendum est, non quòd hoc non possit absolurè Pontifex, sed quòd istud non possit licetè sine justa causa; nam facere id solum posse dicimur, quòd à nobis fieri justè, honestèque potest. Ad 5. negatur paritas; nam Principes infideles potestatem in suos subditos ordinariam, merèque humanam habent; dum verò Papa dispensat in matrimonio rato fidelium, utitur potestate extraordinaria, & Divina, sibi à Christo concessa. Ad 6. retorqueri potest in Voto; nam etiam in hoc dispensare Pontifex potest, etsi obligatio illius sit Juris Divini, imò & naturalis. In utroque ergo dispensat Pontifex, quia ita ipsi concessit Christus: quamvis propriè non sit Dispensatio, quippe cum dispensando Pontifex solum tollat contractum, vel Votum, quo tanquam fundamento sublato, consistit obligatio Juris Divini. Ad 7. licet Matrimonium ratum sit Sacramentum, pendet tamen ex contractu humano, in quo fundatur ratio Sacramenti: hoc igitur dissoluto per autoritatem Pontificis, indirectè etiam desinit ratio Sacramenti, dum Contractus irritatur. Quare dicendum, quòd Pontifex solum non possit aliquid directè mutare circa essentiam Sacramenti. Ad id, quòd additur, essentiam Sacramenti esse, ut sit perpetuum, & insolubile, dico, per hoc non excludi potestatem Papæ concessam à Christo. Ad 8. imprimis si Argumentum istud probaret aliquid, probaret, quòd

quòd neque per Professionem Religiosam dissolvatur Matrimonium ratum. Deinde esto, quòd Matrimonium ratum non differat essentialiter, sed integraliter tantum à Matrimonio consummato, insolubilitas vinculi non oritur ex differentia essentiali, sed ex significatione diversa; nam consummatum significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, quæ insolubilis est, ratum verò solum significat conjunctionem ejusdem cum anima per gratiam, quæ conjunctio per peccatum mortale solvitur, mirum igitur videri non debet, quòd ratum quidem solvi possit, consummatum verò sit insolubile.

¹⁰ Dub. 1. An valida sit Dispensatio, in Matrimonio rato à Papa indulta, si illam sine justa causa indulerit? Affirmat Gloss. *fn. in c. ex publico 7. de convers. conjug. Gofred. ibid. Berojus in c. qua in Ecclesiarum 7. de Constit. n. 104. Henric. l. 11. de Matr. c. 8. n. 11. in comment. lit. G. & alij apud Sanch. l. 2. de Matr. D. 15. n. 1. sed non omnes eadem ducti ratione; nam Glossa cum duobus prioribus id affirmat, quòd existiment insolubilitatem Matrimonij rati solum haberi ex Jure humano: Henriquez autem, quia insolubilitatem ejus cum plerisque alijs Jure Divino inductam agnoscit, id refundit in necessitate Ecclesiæ; putat enim ad tollendam rerum, & conscientiarum perplexitatem omnino necessarium, vel saltem valde expediens fuisse, Pontifici à Christo concedi potestatem, ut etiam sine justa causa valide in Matrimonio rato dispensare possit.*

¹¹ Sed probabilius est, ejusmodi Dispensationem, sine causa concessam, invalidam esse. Ita Abb. *in c. ex parte 14. de convers. conjug. n. 3. Curt. Jun. conf. 170. n. 28. Menoch. de Presumpt. l. 2. presump. 10. n. 37. Barbof. ff. solut. Matr. p. 2. rubr. n. 105. Sanch. D. 15. cit. n. 6. Gutier. de Matr. c. 53. n. 3. Tanner. tom. 4. D. 8. dub. 4. n. 68. Pirhing tit. de Sponsal. & Matr. n. 145. Wiestner hic n. 46. Magnif. P. Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 36. Ratio est, quia insolubilitas, quam Matrimonium ratum habet, juxta communem ferè omnium alicujus nominis DD. sensum descendit ex Jure Divino; atqui in hoc non pro libitu, sed suadente tantum, aut exigente justa causa, dispensandi potestatem Pontifex à DEO accepit, ut cum S. Thoma 2. 2. q. 88. art. 12. & Gloss. *in c. non est 5. v. adimplere de Vol. passim tradunt TT. & Canonistæ: cujus ratio ulterior est, quia ad ædificationem, non verò ad destructionem, ac dissipationem hæc potestas à Christo concessa Pontifici est.**

¹² Et hinc ruit utraque ratio allata in contrarium; quia nulla utilitas Ecclesiæ, vel necessitas potest exigere, ut dispensatio præsertim in Jure Divino sine justa & rationabili causa detur, cum talis dispensatio sit dissipatio, non verus usus rectus potestatis
R. P. Schmalzgrueber L. IV.

concessa. Porro, existente justa causa, ut Pontifex dispense in Matrimonio rato, non desideratur mutuus conjugum consensus, sed dispensare potest, altero eorum invito; quia repugnantia alterius Pontificis potestatem impedire nequit, ne alteri habenti justam causam, & dispensationem petenti consulat, ut alijs *citt. notat Sanch. l. cit. n. 7.*

Dub. 3. Quæ sint causæ justæ, & sufficientes ad dandam, & impetrandam Dispensationem in Matrimonio rato? *Certum est*, non sufficere quamlibet causam, sed omnino gravem postulari; quia in illis casibus, in quibus obligatio nascitur ex Jure Divino, & naturali, urgentiora Dispensationis motiva requiruntur, quàm si tantum ex humano Jure descendat obligatio. Non autem opus est semper causâ publicâ; nam, ut Gobat *Theol. Exper. tr. 10. n. 691. testatur*, Innocentius X. præmissa accurata discussione, dispensavit cum homine plebejo, & absque causâ, bonum publicum spectante.

Pro sufficientibus in specie habentur. ⁵⁴
1. Valde notabilis disparitas in statu, & conditione inter contrahentes, quæ est mater discordiarum, & sæpe tristissimos parit exitus. Et hac ex causa apud Romanos nuptiæ inter impares illegitimæ habebantur, ut testatur Boëtius *in Comment. Topic. Ciceronis.*

2. Inter hos, & eorum consanguineos metuendæ graves inimicitæ, rixæ, cædes, & scandala; quia id cedit in magnum damnum commune. Et hinc pro justa ad petendam, & impetrandam in Matrimonio rato dispensationem habet Sanch. *l. 2. de Matr. D. 16. n. 4.* quando vir omni conatu quarit uxorem repellere, absque favorioris mentis spe probabilis; quia sicut duorum in unum consensus amicitiam, ita dissensus discordias, & inimicitias perpetuas parit.

3. Superveniens Matrimonio rato ⁵⁵
Impotentia; quia cessat Matrimonij finis. Et in hoc sensu intelligendi sunt Alciat. *resp. 21. n. 16. & Menoch. presump. 16. n. 44.* dum dicunt sterilitatem esse justam causam; nam sterilitas, quæ Impotentiam non habet sibi adjunctam, causa justa non videtur esse, cum non appareat, qualiter ante consummationem cognosci valeat.

4. Superveniens alteri lepra, vel alia infirmitas, Matrimonij usum impediens; quia cum Matrimonium ordinetur ad mutuum corporis usum, lepra autem ob magnum contagionis periculum hunc usum impedit, Matrimonij finis non obtinebitur: & sic Borgasius *de Irregul. p. 6. tit. de Sponsal. n. 74.* dicit Martinum V. dispensasse ob Lepram.

5. Si contrahentium alter constanter ⁵⁶
assereret, se non habuisse animum contrahendi;

hendi: quod cum Sanch. l. cit. n. 6. §. quar-
ta tunc credo verum, quando ille nullo mo-
do induci potest, ut præster verum consen-
sum, & ita ex Matrimonio tam coactò gra-
ves inimicitiaz orientur.

6. Si vir eligatur in Episcopum, quo
limitat Sanch. n. 7. quando ille iisdem do-
tibus præditus est, ut valde necessarium sit
ad bonum commune, eum in Episcopum
promoveri; tunc enim causa bono communi
confulendi esset sufficiens: extra hunc even-
tum autem non apparet, cur sufficiat.

57 7. Quem casum addit P. Wiestner
hic n. 45. si Sponsa, præsertim Regia, cum
ad Sponsam deduceretur, ab hostibus fuisset
intercepta, & ejus liberandæ, aut recupera-
randæ non esset spes.

Videantur Sanch. D. 16. cit. Perez D.
20. sect. 7. n. 13. Gobat Theol. Exper. tr. 10.
n. 691. Clericat. de sacr. Matr. decis. 15. à n.
44. Pirhing tit. de Sponsal. §. Matr. n. 145.
König de Spons. duor. n. 8. §. 3. fin. Zesf. hic
n. 9. Wiest. ibid. n. 45. Magnif. P. Schmier
p. 2. de Matr. c. 5. n. 35.

58 Dub. 4. Utrum Pontifex dissolvere di-
spensando possit Matrimonium ratum, vel
etiam consummatum infidelium, si post sus-
ceptum ab utroque Baptismum consummatio
nova non superveniat? Certum est
ex causis hæcenus allatis post susceptum ab
utroque Baptismum dissolvi posse, si ratum
duntaxat sit; tunc enim contrahentes jam
subiiciuntur secundum se, & secundum Ma-
trimonium suum potestati, & Jurisdictioni
Pontificis.

59 Controversia est de Matrimonio con-
summato ante Baptismum ab utroque sus-
ceptum. Affirmant etiam hoc casu Di-
spensationi Pontificis locum esse Navar. tit.
de convers. Insid. edit. 1. conf. 1. & edit. 2.
conf. 3. ad 2. à n. 12. Sanch. l. 2. de Matr. D.
17. n. 2. Pirhing tit. de Spons. §. Matr. n. 146.
Rationem dant; quia Pontifex, ut hæcenus
dictum est, dispensatione solvere potest
Matrimonium ratum fidelium, cujus firmi-
tas major est, quam Matrimonij consum-
mati infidelium, cum istud per Matrimo-
nium ratum ab infideli ad fidem converso
initum, solvatur; ergo multo magis dispen-
sare Pontifex poterit in Matrimonio consum-
mato infidelium, converforum ad fidem.

60 Sed melius respondetur negativè. Ita
Conink D. 26. de Matr. n. 66. Pont. l. 9.
c. 2. n. 8. Wiestner hic n. 34. Ratio est,
quia suscepto Baptismo, Matrimonium illo-
rum jam est ratum, & consummatum, ac
proinde indissolubilem conjunctionem Chri-
sti cum Ecclesia jam repræsentat c. debitum
5. de Bigam. ut adeo nulla amplius potesta-
te humana dissolvi possit.

61 Ad rationem in contrarium allatam ne-
gatur paritas inter Matrimonium ratum fi-
delium, & consummatum infidelium ad
fidem converforum; quia ex dissolutione

Matrimonij rati fidelium non oriuntur illa
incommoda, quæ oriuntur ex dissolutione
Matrimonij consummati. Accedit, quia
Matrimonium validum semel consummatum
insolubilitatem habet à DEO, neque con-
stat, quod ejus solvendi potestas concessa
sit Ecclesiæ, aut ab ista aliquando usurpata.

Dub. 5. Utrum extra prædictos duos
casus, videlicet Professionis Religiosæ, &
Dispensationis Pontificis, alio modo Matri-
monium ratum dissolvi possit? R. non pos-
se solvi alio modo, nisi morte alterutrius
conjugis, etiam per Matrimonium subse-
quens consummatum; nam hoc invalidum
est, & neque licitè, neque validè contrahi
potest, antequam vinculum conjugij, inter
contrahentes initi, solvatur morte can. cum
per bellicam 1. caus. 34. q. 1. c. in præsentia
19. de Sponsal. c. Dominus 2. de secund. nupt.
c. licet 3. de Spons. duor.

Queritur 4. Quanta sit insolubilitas
Matrimonij fidelium consummati? R.
Matrimonia fidelium consummatum quo-
ad vinculum sola morte naturali alterutrius
conjugis dissolvi potest, non autem ulla aut
privata, aut publica, etiam Apostolica Au-
thoritate, & ex quacunque, etiam gravissi-
ma causa. Ita definitum est à Trid. sess. 24.
can. 5. de sacr. Matr. ubi, si quis dixerit, in-
quit, propter hæresim, aut molestiam cobabi-
tationem, aut affectatam absentiam à conjugè,
dissolvi posse Matrimonij vinculum, anathema
sit. Idem de adulterij causa exprimitur can.
7. Ratio est, quia Matrimonij consum-
matione conjuges una caro efficiuntur, &
Matrimonium sic consummatum perfectè
significat admirabilem illam unionem Christi
cum Ecclesia, igitur sicut unio ista est insol-
ubilis, ita etiam insolubile erit Matrimonium
consummatum, quod illam unionem signi-
ficat.

Dub. 1. An insolubilia sint conjugia,
quæ ineuntur ab Hæreticis nostri temporis
inter se, tum cum Orthodoxis? Ne-
gativam non improbabilem esse existimavit
non ita pridem Doctor quidam Catholicus
apud Gobat Theol. Exper. tr. 10. n. 793. &
Lohner Biblioth. Man. tit. 141. q. 40. quam
suam opinionem Author iste sequentibus fir-
mat Argumentis. 1. Quia Hæretici non in-
tendunt contrahere Matrimonium aliud, quam
quod ipsi, eorumque secta agnoscit; ipsi au-
tem cum secta sua tota non agnoscunt in
matrimonio Sacramentum, sed contractum
merè humanum, atque civilem, adeoque
solubilem; ergo etiam talem matrimonium
contrahendo intendunt inire.

2. Si esset aliqua ratio, ex qua etiam
ipsi censerent deberent contrahere insolubi-
liter, esset, quia dum volunt contrahere ma-
trimonium, semper intentionem generalem
habent contrahendi matrimonium, prout il-
lud à Christo est institutum; atqui ex isto
non probatur, quod contrahant insolubilitè;
nam

nam generali huic intentioni prævalet judicium particulare, quo per errorem existimant institutum à DEO, & in Ecclesia receptum esse contractum matrimonij solum solubilem, & quo errore determinati matrimonium defacto contrahunt, ut patet ex praxi Confessoriorum Hæreticorum, ad secundas nuptias transitum permittentium conjugibus, quorum consortes conjugalem thorum polluerunt adulterio, vel ejuratis erroribus, ad Ecclesiæ gremium sunt reducti.

66 3. Licet voluntas intentione generali semper feratur in bonum, quia tamen sæpè à judicio particulari erroneo, generali illi intentioni prævalente, determinatur ad malum, malum aliquando præ bono eligit; atqui eodem profus modo judicium erroneum, quod Hæretici de matrimonij solubilitate habent, prævalet intentioni generali contrahendi matrimonium, Divinæ institutioni, & veræ Ecclesiæ doctrinæ conforme; igitur si ab hoc judicio erroneo determinetur voluntas, contrahetur Matrimonium tantum solubile.

67 4. Si hoc judicium erroneum non prævaleret, contra communem omnium sensum sequeretur, non dari ullos Hæreticos materiales; quia assensus erroneus particularis, ex falsis motivis ortus, non prævaleret, sed corrigeretur ab assensu generali, & Orthodoxo, quem ipsi in genere præstant omni veritati Divinitus revelata.

5. Si contrarium non probetur, Matrimonium iniri præsumitur juxta morem loci, in quo versantur contrahentes; atqui moderni Hæretici communiter intendunt contrahere Matrimonium, quod sit solubile; ergo &c.

68 Quibus ita deductis, Doctor memoratus infert, casu, quo conjugum unus ad fidem Orthodoxam conversus, alter verò in Hæresi perseverans Heterodoxi Confessorij autoritate à nuptiali vinculo absolutus, & alteri copulatus est, etiam converso ad fidem Catholicam permitti posse transitum ad alia Vota: & rationem dat, quia cum in primo Matrimonio contrahentes non Sacramentum, sed contractum tantum humanum, eumque solubile inire intenderint, intentio autem ista repugnet substantiæ, & bono Sacramenti, Matrimonium ita ininitum invalidum fuit ob defectum consensûs.

69 Sed his non obstantibus, ad propositum dubium responderetur distinguendo: Vel enim sic contrahentes laborant quidem errore, existimantes, Matrimonium inter Christianos in quibusdam casibus solvi posse, simul tamen habent intentionem contrahendi Matrimonium, quale ex institutione Divina contrahi potest, & necessarium est contrahi ad procreationem legitimæ prolis; vel contra ita Matrimonium ineunt, ut errori huic suo intentionem suam alligent, &

R. P. Schmalzgrueber L. II.

expressè aliter nolint contrahere, quàm sub conditione solubilitatis.

Si primum, error ille, sive unius, sive 70 utriusque contrahentis sit, valori, & insolubilitati Matrimonij nullum ponit obstaculum. Ratio clara est, quia tali casu prævalet intentio generalis contrahendi Matrimonium legitimum, quale revera inter Christianos unice est Matrimonium insolubile. Si secundum, intentio illa particularis Matrimonij valori, & insolubilitati obstat, ut in terminis docent Suar. de sacr. D. 13. sect. 2. §. supereff. Lugo de sacr. D. 8. n. 131. Pont. Append. de Matr. Heret. c. 9. n. 10. Perez de Matr. D. 14. sect. 7. n. 5. Gobat. Theol. Exper. tr. 10. n. 707. Wiestner hic n. 17. Magnif. P. Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 74. §. 75. Ratio est, quia talis intentio, & consensus aperte repugnat substantiæ matrimonij, sive ejus bono, quod dicitur Sacramenti; intentio autem, & consensus repugnans substantiæ matrimonij contractum ejus invalidum reddit c. fin. de condit. apposit. Responsio utraque satis certa est.

Punctum difficultatis in eo consistit, quâ 71 intentione censeantur Hæretici contrahere, dum contrahunt matrimonium, existimantes, id certis casibus solvi posse? R. nisi de contrario constet, semper præsumendum est, quod contrahant cum intentione generali ineundi matrimonium tale, quale inter Christianos valide iniri potest. Ratio est, quia in dubio favendum est matrimonio jam contracto, & pronuntiandum pro ejus valore, prout est Regula c. fin. de sent. & re judic. quæ ab omnibus recepta, adeoque constans est, ut etiam opinio unius Doctoris Classici singularis, si pro valore ejusdem militer, præferri debeat Sententiæ etiam plurimum, valorem illius impugnantium, prout docent Abb. in c. si vir 2. de Cognat. Spirit. n. 3. Alex. de Nevo b. tit. n. 6. Berojus in c. 1. de Constit. n. 27. Menoch, l. 1. præsumpt. 71. n. 31. Gaill, l. 2. obs. 94. n. 19. Wiestner hic n. 19.

Ex quo sequitur 1. quod matrimonium 72 Hæreticorum, si aliud requisitum non desit, etiam sit Sacramentum; quia volunt matrimonium contrahere, quale inter Christianos, & in vera Ecclesia contrahi valide potest; non potest autem aliter illud contrahi, nisi simul sit Sacramentum, ergo &c.

Sequitur 2. quod ita contractum ab Hæreticis, etsi per errorem existiment, illud certis casibus solvi posse, revera sit insolubile; habent enim, dum contrahunt, intentionem generalem, & efficacem contrahendi matrimonium verum, sive quod institutioni Divinæ, & Ecclesiasticæ traditioni conforme est, atque ad legitimæ prolis procreationem habile; atqui hujusmodi intentio virtualiter includit insolubilitatem vinculi, quippe quæ ad veri, & Divinæ institutioni, atque Ecclesiasticæ traditioni con-

Kkk 2

for-

formis conjugij substantiam pertinet, vel saltem ex ea promanat; ergo &c.

73 *Sequitur 3.* si conjugum unus ad fidem Orthodoxam convertatur, alter in Hæresi perseverans, Heterodoxi Consistorij autoritate ad alia Vota transeat, non posse permitti converso, ut etiam ipse aliud Matrimonium celebret, nisi probet vel conjugem Hæreticum vitâ functum, vel in prius inito contractu insolubilitatem expressè exclusam. Patet ex praxi tum veteri, tum hodierna Curiarum Ecclesiasticarum, quæ Hæreticis, ad fidem Orthodoxam conversis, ante conjugis, in Hæresi relictî, obitum nunquam permittit facultatem novas nuptias in eundi, solum ex præsumptione, quâ Matrimonia, ab Hæreticis inita, pro validis habet, qualia tamen non essent, si fuissent contracta solubilitate.

74 Neque obstant Argumenta à n. 64. pro contraria Opinione allata. *Ad 1.* etsi Hæreticus, dum contrahit Matrimonium, nihil cogitet de conficiendo, vel administrando etiam Sacramento, imò etsi nolit expressè conficere Sacramentum, modò errori huic suo intentionem non alliget, sufficienter adhuc intendit conficere Sacramentum, dum intendit contrahere verum Matrimonium; nam verum Matrimonium, post elevationem illius ad dignitatem Sacramenti, inter Christianos solum est illud, quod simul est Sacramentum: ex quo sequitur, quòd intentio conficiendi Sacramentum jam includatur in intentione celebrandi verum, & legitimum Matrimonium. Accedit, quia insolubilitas Matrimonij non oritur ex eo, quòd sit Sacramentum; nam Matrimonium ratum est Sacramentum, & tamen Professione Religiosa, & Dispensatione Apostolica solvi potest, & è contrario Matrimonium infidelium Sacramentum non est, quamvis si uterque convertatur ad fidem, per ipsam susceptionem Baptismi reddatur insolubile, sed insolubilitas ista oritur ex significatione, quâ, si consummatum sit, ex institutione Divina significat insolubilem unionem Christi cum Ecclesia: & hinc, etsi, ut magni nominis DD. existimant, Matrimonium, à fidelibus in initum cum intentione non conficiendi Sacramentum, Sacramentum non sit, si tamen consummatum sit, omnimodam nihilominus insolubilitatem habet.

75 *Ad 2.* error ille insolubilitati Matrimonij tum solum obest, quando contrahens eidem alligat intentionem suam: quòd verò non semper illum eidem alliget, sed potius, ubi de contrario non constat, prævaleat intentio generalis, apertè colligitur ex doctrina Apostoli, qui 2. Corinth. 7. v. 12. § 13. conjugi fideli consulit, ut perseveret in conjugio inito in infidelitate, si infidelis ei cohabitare consentiat; atqui hoc consulere non potuisset Apostolus, nisi existimasset,

Matrimonia etiam infidelium Jure Divino insolubilia esse, & taliter etiam contrahi, non obstante errore, quòd juxta Leges suas per Libellum repudij existimarent ea posse dissolvi. *Conf. ex c. gaudemus 8. v. qui autem b. tit.* ubi ex Rescripto Innocentij III. vir, qui in infidelitate secundum sanctiones Legales, prima uxore repudiata, duxit aliam, Baptismo suscepto, ad primam, si illa absque contumelia Creatoris ipsi cohabitare velit, redire cogitur; non autem potuisset cogi, nisi Pontifex laudatus præsumpsisset, quòd Matrimonium, in infidelitate in initum, validum, & insolubile sit, non obstante, quòd in initum sit cum errore ab existimantibus repudium sibi permissum esse. Quòd additur de praxi Consistoriorum Heterodoxorum, non obest; quia ab his in certis casibus solvuntur conjugia, non tam, quòd contrahentes habuerint intentionem in eundi Matrimonium solubile, quàm quòd per errorem existimant ista inter fideles validè inita certis casibus dissolvi posse.

Ad 3. negatur paritas: nam bonitas illa apprehensa in re, quæ ex se mala est, movet voluntatem ad appetendum; non autem movet Hæreticos ad contrahendum conjugium judicium illud erroneum, quo existimant illud solubile esse: quòd inde constat, quia etsi scirent illud Jure Divino insolubile esse, id nihilominus adhuc contraherent, tanquam remedium concupiscentiæ, & conjunctionem necessariam ad legitimam proles procreationem.

Ad 4. nego sequelam; nam hoc ipso Hæretici materiales sunt, dum judicium erroneum in aliquo Fidei articulo inculpabiliter habent.

Ad 5. præsumptione illa est fortior alia, quâ præsumuntur Hæretici potius vera, & valida contrahere velle Matrimonia, ex quibus possint habere liberos legitimos, quàm invalida, & nulla, ex quibus non prodeant, nisi illegitimi, aut Spurij.

Dub. 2. & inter nos, ac temporis nostri Sectarios percelebris controversia est, an in Lege Evangelica vinculum Matrimonij fidelium consummati dissolvi possit ex causa fornicationis, vel adulterij, à conjugum altero perpetrati? Affirmant Sectarij, præsertim Lutheri, atque Calvinii assecla, & probant. 1. Ex verbis Christi Matth. 5. v. 31. § 32. ibi: *Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudij; ego autem dico vobis: Quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causâ, facit eam mæcham; & qui dimissam duxerit, adulterat.* Item c. 19. v. 9. ait Servator: *Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur.* Ex quibus duobus textibus sic argumentantur: Exceptio ex natura, & significatione sua ponit oppositum Antecedentis, cui immediate

diatè adverstatur, per ea, quæ arg. *Reg. Pec-
catum 4. in 6. & l. actione 4. C. de Transact.*
cum alijs DD. tradit Barbof. *Ufuf. Dift.*
217. à n. 2. atqui *citt.* textibus Christus
Dominus utitur exceptione in casu fornicationis.
igitur cum extra hunc casum non sit
permissum viro aliam ducere, priore repu-
diata, id licebit in casu fornicationis, seu adul-
terij ab uxore commiffi.

78 2. Si per verba Christi *citt.* non permit-
teretur dissolutio Matrimonij ob causam for-
nicationis, seu adulterij, ab altero conjuge
commiffi, ideo non permetteretur, quia
verba *citt.* intelligenda forent de sola uxoris
dimissione quoad thorum, & cohabitationem,
atqui hic sensus verborum *citt.* esse non
potest, quod partim ex interrogatione Phari-
sæorum constat, qui non de dissolutio-
ne matrimonij quoad thorum, & cohabitationem,
sed quoad ipsum vinculum propone-
bant questionem, cui proinde non concordaret
reponso, si Christus dixisset, eo casu
permitti solum dissolutionem matrimonij
quoad thorum: partim verò ex eo, quia
Christus ibi adulterij, & mœchiæ arguit il-
lum, qui uxorem suam aliâ, quàm fornicationis,
causâ dimittit. atqui hujus reus non
fit, qui uxorem ex alia, quàm fornicationis
causâ, dimittit à thoro, & cohabitatione
tantum sed ille solum, qui eâ dimissâ,
alteri copulatur. ergo &c.

79 3. Divortium novæ, & Evangelicæ
Legis à Christo Domino subrogatum est
Repudio Legis antiquæ, per Moysen pro-
mougaæ. atqui Repudio Legis antiquæ, ex
jura e.g. fornicationis causâ infuturo, dis-
solvetur matrimonium quoad ipsum vincu-
lum. igitur etiam sic dissolvetur divortio no-
væ Legis.

4. Ipse Zacharias Papa agnoscit solubi-
litatem vinculi ex causa fornicationis; nam,
ut refertur *can. concubuiti 23. caus. 32. q. 7.*
Concubuiti, inquit, *cum sorore uxoris tuæ? si
fecisti, neutram habeas: & si illa, quæ uxor
tua fuerit, conscia sceleris non fuit, si se continere
non vult, nubat in Domino, cui velit.*

80 4. S. Ambrosius, cum retulisset ver-
ba Apostoli 1. Corinth. 7. *Uxor à viro non
discedat, nisi causâ fornicationis: quod si di-
cesserit, aut maneat inupta, aut reconcilie-
tur viro suo: & vir similiter non dimittat uxorem*
hæc verba subdit: *Ideo non subdit de vi-
ro, quod de uxore præmisit, quia viro licet du-
cere aliam, prout refertur, can. uxor. 17.
q. cit.*

6. Concilium apud Vermerias cele-
bratum, ut habetur *can. siqua mulier 6. caus.
31. q. 1.* ita statuit: *Siqua mulier in mortem
mariti sui cum alijs confiliata sit, & ipse vir
aliquem illorum se defendendo occiderit, si pro-
bare potest ille vir, eam ream esse consilij, potest
(ut nobis videtur) ipsam uxorem dimittere, &
si voluerit, aliam ducere.*

Verum his non obstantibus, est Or-
thodoxa veritas, & ab ipso noscentis Eccle-
siæ primordio ad nostra usque tempora propa-
gata traditio Ecclesiæ, quòd divortio, ex
causâ fornicationis instituto, nuptiale vin-
culum non dissolvatur, & conjugi innocen-
ti duntaxat à communi thoro, & cohabita-
tione, non verò etiam ad alia Vota, vivente
altera consorte, transire permissum.

Ostenditur 1. ex verbis Christi, *Qui-
cunque dimiserit uxorem suam, & aliam du-
xerit, adulterium committit super eam; & si
uxor dimiserit virum suum, & alij nupsit,
mœchatur.* Marc. 10. v. 11. Et: *Omnis, qui
dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœ-
chatur.* Luc. 16. v. 18. quibus verbis ge-
neraliter negatur, quòd conjux, postquam
dimittit conjugem, ex quacunque causa illum
dimiserit, eo superstitite, cum alio copulari
possit, quod pulchrè observat August. l. 1.
de *Adult. conjug. c. 9.* ubi, *Quicumque, ait,
uxore sua dimissa, alteram ducit, sine dubio
ibi sunt ambo, & qui præter, & qui propter
causam fornicationis dimittit; hoc enim Qui-
cunque, hoc est, omnis qui dimiserit.*

2. Ex Apostolo 1. Corinth. 7. v. 10. 83
ubi, *lis, inquit, qui Matrimonio juncti sunt,
præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à
viro non discedere: quodsi discesserit, manere
inuptam, aut viro suo reconciliari, atqui eo
loco, ut bene advertit August. l. 1. cit. c.
1. 2. & 21. l. 1. de Serm. Dom. c. 26. & ali-
bi, Apostolus loquitur de casu, quo in-
tegrum est mulieri discedere, nempe ob viri
fornicationem; aliàs enim determinatè præ-
ciperet ei reditum, & reconciliationem,
ergo nec quando ex causa fornicationis, vel
adulterij conjux discedit à conjuge, ad alia
vota innocenti transire licet.*

3. Ex significatione, quam matrimo-
nium fidelium consummatum habet; ex Di-
vina enim institutione significat perpetuum,
& insolubilem conjunctionem Christi cum
Ecclesia: in qua significatione deficeret, si
ejus vinculum per se perpetuum, & indisso-
lubile non foret.

4. Ex *can. 47. Apostolorum*, ubi à com-
munionem fidelium segregari jubetur Laicus, si
cum suam à se uxorem abjicit, alteram duxe-
rit, aut ab alio dimissam: quo loco nulla
excipitur causa. Concordant aliæ Constitu-
tiones Pontificiæ, præsertim Evaristi, qui
quartus à D. Petro universalis Ecclesiæ Pon-
tifex fuit; nam *Epist. 2.* cum dixisset, *ne-
que ab Episcopo Ecclesiam, neque ab Ecclesia
Episcopum debere deseri, id probans à parita-
te, ait: Sicut vir non debet ducere aliam, nec
uxor alium, etiamsi vir fornicatus fuerit.*

5. Ex Concil. Flor. & Triæ. Florenti. 85
num in *Decret. Union. §. septimum*, *Quam-
vis autem, inquit, ex causa fornicationis li-
ceat thori separationem facere, non tamen aliud
Matrimonium contrahere fas est, cum Matrimo-
nij legitime contracti vinculum sit perpetuum.*

Tridentinum sess. 24. can. 7. de Sac. Matr. ita statuit, *Siquis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit, & docet juxta Evangelicam, & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum, Matrimonij vinculum non posse dissolvi; & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjugate vivente, aliud Matrimonium contrahere; mœcharique eum, qui dimissâ adulterâ, aliam duxerit; & eam, quæ dimisso adultero, alij nupserit, Anathema sit.*

86 6. Ex incommodis, quæ dissolutio matrimonij quoad vinculum, ex causa fornicationis facta, afferret; præterquam enim, quòd ejusmodi dissolutio cederet in grave damnum, & præjudicium prolis, si novis conjugijs ab utroque parente initis, pro Patre Vitricum, vel pro Matre Novercam inciperent habere, plurimis divortijs aperiretur via: imò sæpe, ut ad divortium, & nova conjugia perveniri posset, committerentur adulteria, à quibus è contrario conjuges absterrentur, si sciant, ob adulterium, à se commissum, separationem quidem fieri posse quoad thorum, & cohabitationem, cum obligatione tamen, factò divortio, se continendi, vel reconciliandi.

87 7. Ex ratione sumpta ex communi Regula: nam ex delicto suo non debet delinquens referre commodum, referret autem commodum ex adulterio adulter, si innocente ad alia Vota transeunte, matrimonij vinculum solveretur; nam eo soluto, etiam adulter dimissus aliud Matrimonium inire posset: imò ipsius conditio foret melior, quàm sit conjugis, qui nullâ suâ culpâ, v. g. ex causa gravis morbi, aut ex odio, & per injuriam à thoro, & cohabitatione perpetuè excluditur; nam talis non potest inire Matrimonium aliud, quod tamen inire posset adulter dimissus.

88 Ex his facilè solvuntur Argumenta Hæreticorum à n. 77. recensita. Ad 1. textus ille S. Matthæi, ut cum duobus cit. S. Marci, & S. Lucae plenè concilientur, intelligi debent non de dissolutione vinculi, sed tantum de separatione quoad thorum, & cohabitationem. Neque obstant verba *Excepta fornicatione & nisi ob fornicationem*; nam verba ista referri debent ad sola verba antecedentia, ita, ut sensus sit: *Omnis, & qui-cunque dimiserit uxorem suam, extra causam fornicationis, mœchatur, aut facit eam mœchari*; quia dum illam sine justa causa dimittit, occasionem illi fornicandi præbet, ut propterea dimissæ fornicatio ipsi imputetur: ita exceptionem hanc cum S. Thom. S. Bonav. & alijs melioris notæ Interpp. explicant Canis. in c. 2. hoc tit. n. 9. Vallens. hic §. 1. n. 4. & non obstat, Zœl. n. 2. Engl. n. 9. Reiffenstuel. n. 12.

89 Ad 2. etiamsi cit. Christi verba solum accipiantur de separatione quoad thorum, & cohabitationem, adhuc tamen responsio

satisfecit interrogationi Phariseorum; interrogarunt enim isti de dimissione uxoris perfecta, quæ duo continet, separationem quoad thorum, & cohabitationem, & separationem quoad vinculum: quarum primam Christus Dominus ex causa fornicationis licitam esse concessit, alteram denegavit.

Ad 3. ut rectè Abulens. in Matth. c. 19. q. 76. ad 5. notat, Repudio Veteris Legis in Lege nova subrogatum est Divortium quoad solam uxoris dimissionem, & separationem à thoro, & cohabitatione & quidem ex unica fornicationis causa; quoad illius dimissionem autem ex alijs causis, & quoad potestatem, adultera dimissâ, ducendi aliam antiquatum est.

Ad 4. Decretum Zachariæ Pontificis can. concubuiti relatum intelligendum est de nuptijs contrahendis post primas nuptias morte dissolutas, quas Pontifex hoc suo Decreto permittit uxori innocenti post obitum viri adulteri, huic verò post obitum uxoris spem omnem adimit five cum sorore uxoris defunctæ, cum qua adulterinè, matrimonio durante, concubuit, five cum alia. Patet explicatio hæc ex can. *bi verò 22. caus. 32. q. 7.* ubi neutri, altero vivo, permittuntur novæ nuptiæ, innocenti verò non aliàs, quam altero defuncto.

Ad 5. aliqui textum can. *uxor cit.* pro apocrypho, & ab Hæreticis supposito habent. Illi, qui textum istum adscribunt S. Ambrosio, dicunt eum asseruisse duntaxat, quòd secundum Legem Juliam, quæ eo tempore fori usu recepta erat, nuptiæ permixtæ fuerint marito innocenti, non verò uxori adulteræ: Quòd verò hic S. D. agnoverit, id non procedere secundum Legem Christi, patet ex l. *de Abraham c. 4. & 7. & in Luc. cap. 16.* ubi docuit, secundum Legem Christi, æquam viri, & mulieris rationem esse.

Ad 6. imprimis Concilium illud, apud Vermerias, five Wormatiam celebratum, particulare est. Deinde eo textu non permittitur aliud conjugium, sed tantum dicitur permissum videri. Denique textus ille videtur esse mendosus; nam apud S. Ivonem verba, *Potest, si voluerit, aliam ducere*, non reperiuntur, & c. *siqua mulier 1. hoc tit.* ei substituta leguntur verba: *Potest ipse post mortem uxoris, si voluerit, aliam ducere*; quòd viro mortuo, non permittitur uxori, cum ad perpetuam pœnitentiam publicam sit condemnata.

Quæritur 4. quid requiratur, ut matrimonium sive ratum, sive consummatum, contractum cum Impedimento dirimente, dissolvatur quoad vinculum? R. 1. requiritur, ut dissolutio fiat autoritate legitimi Judicis; nam privata conjugum autoritate dissolvi, aut unus alterum dimittere nequit, etiamsi certi sint de Impedimento dirimente, idque notorium existat. Ita Vian.

vian. in cap. porro 2. hoc tit. pr. Vallent. hęc pr. n. 3. v. dixi, Zoes. ibid. n. 28. & patet ex c. porro cit. Et hinc si unus ab altero absque iudicio Ecclesię ex hac causa discedat, tenetur Iudex ante omnia illum compellere etiam per Censuras, ut ad conjugem suum redeat, nisi de Impedimento dirimente, conf. etiam de nullitate Matrimonij notorię constet, aut pars discedens habeat probationes in continentia paratas, prout expressę statuitur c. litteras 13. v. quodsi de Restit. Spoliat. ubi ratio additur; quia presumitur contra eam, quę sine iudicio Ecclesię sua tantum temeritate recessit à viro. Videantur dicta Lib. 2. Tit. 13. n. 62. & 63.

94 2. Non debet, nec potest Iudex matrimonium, in facie Ecclesię contractum, dissolvere quoad vinculum ex hoc solo, quod unus, vel ambo conjuges ipsimet, accedente etiam rumore vicinij, fateantur, se cum Impedimento e. g. criminis, affinitatis, consanguinitatis &c. contraxisse, nisi sufficientes probationes accedant. Ita expressę statutum est c. super eo 5. de eo, qui cognovit &c. ubi etiam ratio subjungitur his verbis: *Cum quandoque nonnulli inter se contra Matrimonium velint colludere, & adeo ad confessionem incestus (aut alterius Impedimenti) facile prosterent, si suo iudicio crederent per iudicium Ecclesię concurrendum.* Ad datur de rumore vicinij: *Rumor autem vicinij non adeo est iudicandus validus, quod nisi rationabiles, & fide dignę probationes accedant, possit bene contractum Matrimonium irritari.*

95 3. De ipso Impedimento Iudici constare debet per plenam, & perfectam probationem: qualis est, quę fit per duos testes omni exceptione majores arg. c. ex litteris 1. de consang. & c. super eo 22. de test. & attest. Ratio est quia dissolutio Matrimonij quoad vinculum est una ex causis gravioribus, & in præjudicium magnum tertij, tum Sacramenti reduandantibus; conf. exigit plenam probationem. Quod intellige, nisi constet notorię de Impedimento; nam si notorię constet, etiam nemine accusante, Iudex Ecclesiasticus dissolvere Matrimonium debet etiam quoad vinculum, prout constat ex c. porro cit. ubi Alexander III. Episcopo Ambianensi respondet, quod non apparentibus accusatoribus, & parentela (idem dic de alio Impedimento)

manifesta, seu publica existente, tui officij interest, Matrimonia illa, adhibita gravitate, dissolvere, quę illicitę contracta noscuntur. Imò etsi notorię de Impedimento non constet, existat tamen fama de illo, potest Iudex Ecclesiasticus ex officio inquirere, & quemcunque compellere, ut testimonium de illo deponat. Gloss. in c. porro cit. V. seu publica, Abb. ibid. n. 4. Vivian. v. si fama, Reiffenstuel hic n. 20. arg. c. perniciosam 1. de Offic. Ordinar. junct. can. Episcopus in Synodo 7. caus. 35. q. 6.

4. Si causã rite examinatã, non habetur plena probatio Impedimenti, sed dubium manet, an illud revera subsit, conf. an Matrimonium valeat, necne, debet Iudex Ecclesiasticus in foro externo pronuntiare pro valore Matrimonij arg. c. super eo 22. de testib. & sequitur ex dictis. Conf. nam Matrimonium jam contractum est res favorabilis c. videtur 3. fin. qui Matrimon. accusat. Hinc licet ad Impediendum Matrimonium sufficiat unus testis, fama, aut dubium de Impedimento, juxta unanimum, non tamen sufficit pro vinculo dissolvendo, ut bene advertit Gloss. in c. super eo cit. V. firmatum.

5. Quodsi conjuges, vel unus eorum sciat certò, Impedimentum dirimens inter ipsos intercedere, nec reddere, nec petere debitum potest, etiam si Impedimentum probare nequeat, & propterea forsan à Iudice Ecclesiastico per Censuras compellatur ad reddendum debitum per textus expressos c. inquisitioni 44. de sent. Excomm. & c. litteras 13. de restitut. Spoliat. ubi etiam datur ratio; *quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est, & quidquid fit contra conscientiam, edificat ad gehennam.* Discedere tamen à se invicem hoc casu propria autoritate nequeunt, sed cohabitare simul, ut frater, & soror, debent. Excipitur, si periculum sit incontinentiæ; tunc enim in foro conscientię tenentur à se invicem discedere, neque tenentur obedire Episcopo, contrarium etiam sub Censura præcipienti c. litteras cit. Quodsi tamen Impedimentum dirimens tale esset, in quo Pontifex dispensare potest, petere dispensationem possunt; imò aliquando tenentur, si bonum prolis, aut alia gravis ratio hoc exigeret. Videantur dicta Lib. 2. Tit. 13. n. 62. & 63. ubi plura de isto casu.

De Matrimonij perpetua Separatione quoad thorum, & cohabitationem.

S U M M A R I U M.

98. Matrimonium quoad thorum, & cohabitationem separari potest vel mutuo consensu, vel altero invito ob adulterium.
99. &c. Separatio hæc permiffa est etiam uxori ob adulterium mariti?
103. Ut propterea liceat separatio, debet primo esse actus carnalis per copulam consummatus.
104. II. Exercitus cum alio, quam suo conjugæ.
105. III. Non debet Adulterium hoc tantum esse materiale, sed requiritur, ut sit formale.
106. IV. Maritus adulterij uxoris non debet fuisse author.
107. V. Nec debet ipse maritus esse similis adulterij reus.
108. VI. Neceffe est, ut innocens non fit reconciliatus adultero.
109. &c. An conjugum uno in adulterium lapsa, innocens divertere ab eo valeat propria autoritate?
115. &c. Qualiter constare debeat de adulterio?
118. &c. An conjugem adulterum dimittere innocens teneatur?
122. &c. An si conjux innocens velit reconciliari nocenti, hic teneatur ad cohabitationem redire?
124. &c. Quando nocens statum mutare possit, & Religionem ingredi?
128. &c. An, & quando adulterum respicientem teneatur recipere innocens, & cum eo matrimonium redintegrare?
133. &c. Quid si post latam divortij sententiam, etiam innocens in idem delictum lapsus est?

98. **Q**uæritur I. quot modis Matrimonium quoad thorum, & cohabitationem separari in perpetuum possit? R. potest duobus modis: uno per mutuum consensum ipsorum conjugum, si Votum solenne, in susceptione SS. Ordinum, aut Professione Religiosa ab uno conjugum, altero consentiente, emittatur cap. cum sit. 4. cap. conjugatus 5. &c. de convers. conjugat. de quo modo dictum est Libr. 3. tit. 32. à n. 19. Altero, qui huc pertinet, ob adulterium ab uno commissum; nam ex causa adulterij conjugem innocentem ab adultera uxore posse divertere, & se à thoro, & cohabitatione illius separare, constans est omnium Catholicorum sententia ex illo Matth. 5. & 19. Ego autem dico vobis, Quicumque dimiserit uxorem suam. exceptâ causa fornicationis &c. Idem clarè statutum extat cap. significasti 4. cap. ex litteris 5. & cap. gaudemus 8. hoc tit. Ratio est, quia cum adulterium per se, ac directè fidei conjugali repugnet, ex ipsa natura contractûs Matrimonialis oritur, ut liceat innocenti discedere ab adultero, idque Jure naturæ dictantis, quod frangendi fidem fides servanda non sit. Henricq. libr. 11. de Matrim. cap. 17. n. 1. & 6. Sanch. libr. 10. de Matr. D. 3. n. 4. Pirhing hic n. 2.

99. **D**ubium est, an tam marito ob adulterium uxoris, quam uxori ob adulterium mariti liceat divortium perpetuum facere? Cajetan. in Matth. cap. 19. cit. id solis viris permiffum censet: idque 1. ob textum cit. ubi Christus tantum de dimissione uxoris meminit. 2. quia Repudium in Leg. Veteri solis viris concedebatur. Deutr. 24. ejus

autem loco successit Divortium in Legem nova, ut constat ex Matth. cap. 5. 3. quia uxoris adulterium est gravius, quam adulterium viri, ut adeo inter hoc, & illud non videatur faciendâ paritas.

Sed dicendum, etiam uxori permiffum esse perpetuum Divortium ob adulterium viri. Ita S. Thom. in 4. dist. 35. q. 1. S. Bonav. ibid. q. 3. Abb. in cap. intelleximus 5. de adult. n. 3. Sylv. V. Matrimonium 9. q. 6. Covar. p. 2. de Sponsal. cap. 7. §. 5. n. 8. Sanch. l. 10. de Matrimo. D. 3. n. 6. Guetier. de Matrimo. c. 129. n. 2. Farin. prax. crim. q. 143. n. 9. Conink. Disp. 35. n. 6. Pont. l. 9. c. 16. à n. 4. Laym. libr. 5. tract. 10. pag. 3. c. 7. num. 8. Palao tract. 28. Disp. 3. p. 6. §. 1. n. 1. Bosco de Matrim. Disp. 12. sect. 16. conclus. 2. Canif. in c. 2. hoc tit. n. 5. Zoef. hic n. 13. Engl n. 12. Pirhing n. 2. & 8. Schambog. n. 3. König n. 9. Wiestner n. 71. Reiffenstuel n. 58. Magnif P. Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 77.

Constat 1. ex can. Idololatria 5. caus. 19. q. 1. can. præcipit 19. caus. 22. q. 5. c. quæsit 2. c. significasti 4. c. ex litteris 5. hoc tit. ubi mulier, & vir quoad hoc æquiparantur. 2. ex S. Paulo, qui dum 1. Corin. 7. v. 12 uxorem, si à viro (ob justam, scilicet fornicationis causam) discesserit, ex præcepto Domini jubet manere inuuptam, aut reconciliari viro; conf. supponit, ob talem causam posse illam à viro discedere. 3. ex ratione, quia Divortij jus, ex adulterio ortum, præcipuè fundatur in violatione fidei, & thori conjugalis, atqui quoad hoc adulterium mariti, & uxoris æqualia sunt. Ne- ergo &c.

Neque obstant Argumenta opposita.

Ad 1. dico Christum intelligi locutum fuisse de eo, quod frequentius contingit, prout etiam in *can. fin. caus. 32. q. 5.* Innocentius ait, quod viri frequentius soleant mulieres de adulterio accusare, quam econtra mulieres viros suos. Item dici potest, quod ibi Christus tantum de dimissione uxoris à Judæis interrogatus fuerit; & ideo ad interrogata respondit.

Ad 2. jam supra dixi, quod Divortium non in omnibus succedat in locum Repudij: quod verò in antiqua Lege Repudium solis viris concessum fuerit, S. Thom. *q. un. cit. art. 4. ad. 1.* hanc rationem dat, quia illud permittebatur ad vitandum homicidium conjugis adulteri, cujus periculum, cum inventum fuerit in solis viris, ideo solis viris permittum fuit Repudium.

Ad 3. gravitas fornicationis quoad divortium non est consideranda quoad se, cum odium DEI, & blasphemia longè graviora peccata sint adulterio, & tamen ad divortium non sufficiant: sed attendendum est, an magis repugnet fidei Matrimonij, illudque lædat, in quo cum paria sint adulterium viri, & adulterium uxoris, hinc fit, etsi ex alijs capitibus, & circumstantijs unum sit gravius altero, disparitatem tamen istam divortio instituendo non obesse.

Quæritur 2. quid requiratur, ut ratione adulterij institui possit hæc separatio? *n. 1.* debet esse actus carnalis per copulam consummatus; nam copula solum attentata non sufficit: & multo minùs amplexus, oscula, tactus, vel alij actus turpes cum proprijs, vel alieni corporis pollutione. Covar. *pag. 2. de sponsal. c. 7. §. 6. n. 4.* Sanch. *libr. 10. de Matr. D. 4. n. 9. 10.* & *12. Conink D. 35. n. 5.* Laym. *libr. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 7. §. secundum.* Bosco *D. 12. sect. 16. conclus. 2.* Zeeb. *hic n. 18.* Pirhing *n. 5.* Engl. *n. 13.* Schambog. *n. 3.* Wiestner *n. 73.* Reiffenstuel *n. 60.* Magnificus P. Schmier *p. 2. de Matr. c. 5. n. 80.* Ratio est, quia justum divortium ex eo oritur, quod conjux contra fidem Matrimonij carnem suam dividat in carnem aliam, quod non fit, nisi actu consummato. Perinde autem est, si copula illa sit naturalis, siue etiam Sodomitica, bestialis &c. ut S. Thom. *in 4. dist. 35. q. un. art. 1.* Abb. *in c. maritis 4. de adult. n. 3.* Pont. *l. 9. de Matr. c. 16. n. 5.* Sanch. *D. 4. n. 3.* Vall. *hic §. 2. n. 1.* Wiestner *n. 72.* Reiffenstuel *n. 59.* & alij supra allegati notant; nam per has copulas omnes conjux contra fidem Matrimonij dividitur in alienam carnem.

2. Ut talis actus exercitus sit cum alio, quam conjuge; nam Sodomia viri etiam completa cum uxore propria, quamvis in vita, non præbet justam causam perpetui divortij, sed tantum ad tempus, quandiu scilicet vir à scelere isto desistere renuit. Tabien. *V. Matrimonium 4. q. 2. n. 2.* Pala. *R. P. Schmalzgrueber L. IV.*

cios in 4. dist. 35. D. un. §. vocant in dubium. Sanch. *D. 4. cit. n. 8.* Pirhing *hic n. 5. §. hinc.* Ratio est, quia vir per talem copulam non dividit carnem suam in alium. Non improbabilis tamen est etiam Sententia contraria, quam cum *D. Antonin. Monald. Astens. Joan. de Friburg.* defendit Schambog. *hic n. 4.* juxta quos etiam hoc casu locus divortio est, ex ratione; quia talis actus, circa uxorem propriam commissus, est gravis abusus dominij, quod maritus habet sibi concessum in corpore uxoris, quippe quo uti quidem potest modo licito, non verò etiam illicito, præcipue si repugnet usui illi Jus naturale, prout fit in peccato isto.

3. Non sufficit, si solum sit adulterium materiale, sed requiritur formale. Sanch. *D. 5. n. 11.* & *seqq.* Conink *D. 35. n. 8.* Laym. *l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 13.* Bosco *D. 12. sect. 16. concl. 4. per totam.* Gonzal. *in c. 5. h. tit. n. 3.* Vallens. *hic §. 2. n. 2.* Pirhing *n. 9.* König *n. 10.* Reiffenstuel *n. 62.* Magnif. P. Schmier *p. 2. de Matr. c. 5. n. 82.* Ratio est, quia Jus divortij competit propter solam injuriosam fidei conjugalis violationem; talis autem non est adulterium merè materiale ex parte conjugis. Et hinc justam causam faciendi divortium uxor non præbet.

I. Si putans maritum esse mortuum, alij nubat, vel etiam fornicetur, nisi tamen certiorata de vita conjugis perliterit in Commercio prohibito. *Canif. in c. 2. h. tit. n. 7.* Honor. *hic n. 6.* Engl. *n. 17.* Schambog. *n. 6.* Reiffenstuel *n. 65.* cum supra allegatis, & constat ex *can. per bellicam 1. caus. 34. q. 1. 2.* Si invincibiliter ignoret, adulterum ad se accedentem non esse suum conjugem *can. in lectum 6. caus. 34. q. 2. Conink, Laym. Canif. Gonz. Schamb. König cum alijs supra;* nam sicut hoc casu bona fides tollit culpam adulterij, ita etiam poenam divortij. Ad probandam autem hanc conjugis bonam fidem sufficit ejus Juramentum, habito respectu ad ejus honestatem, & alias probabiles conjecturas, ut cum *Hofst.* notat Engl. *l. cit. §. 3.* 3. Si ab ipsa omnino invita per violentiam extorqueatur copula *can. ita ne 3. & can. seq. caus. 32. V. 5.* Bosco *l. cit. n. 164.* Pirhing *n. 10.* cum allegatis. Ad dit Sanch. *n. 14.* idem dicendum, etiamsi causam violentiæ dedisset uxor, quod viro momenti, ut fugiat, ne vi hostium opprimeretur, non paruerit; nam nihilominus non potest accusari de adulterio ad instituendum divortium, vel ad aliam poenam, quod in *l. vim passam. 39. pr. ff. ad Leg. Jul. de adult.* indistinctè decidatur, non esse mulieri vim passæ adulterium imputandum. Bosco *n. 164.* Pirh. *n. 10.* Reiffenstuel *n. 63.* Si metu gravi injustè incusso extortum sit adulterium ab uxore, DD. dissident. Sanch. *n. 16.* Laym. *n. 13.* Bosco *concl. 5.* Reiffenstuel *n. 64.* putant Divortio locum esse; quia cum metus gravis à peccato mortali non

non excuset, hoc casu uxor verè, & formaliter committit adulterium. Contra Sylv. *V. adulterium n. 10.* in cuius sententiam inclinat Engl *n. 17. §. 2.* defendit negativam, ex ratione, quòd metus gravis, licèt à peccato non excuset, excuset tamen à poenis legalibus. In praxi propter Sententiam practicè dubiam suadendum, ut conjux alter injuriam ex metu illatam condonet, nec propterea divortium petat, König *n. 10. fin.*

106 4. Non debet maritus adulterij uxoris fuisse author eam profliuendo, vel in ejus fornicationem consentiendo expressè, vel tacitè, illam, cum sciret, & facillè posset, non prohibendo. Sanch. *l. 10. de Matr. D. 5. n. 4. §. 5.* Gutier. *de Matr. c. 129. n. 15.* Conink *D. 35. n. 8.* Laym. *l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 13. §. 3.* Pont. *l. 9. c. 17. n. 7.* Palao *tr. 28. D. 3. p. 6. §. 2. n. 2.* Canif. *in c. 2. h. iii. n. 7.* Gonzal. *in c. 5. eod. n. 3.* Bosco *D. 12. sect. 16. concl. 5.* Vallens. *hic §. 2. n. 2.* Zœf. *n. 16.* Honor. *n. 6.* Pirhing *n. 11.* Engl *n. 16.* König *n. 11.* Wiestner *n. 75.* Reiffenstuel *n. 66.* Idque verum est, licèt uxor volens committat adulterium, ut apertè probatur ex *c. discretionem 6. de eo, qui cognovit &c.* ibi, *Cum adulterium ei non possit obicere, qui eam adulterandam tradidit, presertim invitam.* Ratio est, quia permissio Divorij fundatur in injuria illata viro per adulterium uxoris. hæc autem in casu præsentis cessat, si ipse consentiat; ergo &c. Dixi, *cum facillè posset;* secus, si difficulter. Et hinc, etsi uxor mariti delictum non prohibeat sciens, adhuc tamen Divortium eidem permissum; quia scemine, præsertim bonæ, hoc ipso, quòd viris inferiores sint, non censentur facillè posse ipsos reprehendere, & à delictis abstrahere. Sanch. *n. 5.* Palao *n. 2.* Bosco *n. 201.* Pirhing *n. 11.* Reiffenstuel *n. 68.* Excipit Bosco *n. 202.* si uxor in ijs rerum circumstantijs existeret, ut commodè, & absque damni periculo contradicere, & impedire posset adulterium; nam tunc non impediendo, vel contradicendo tacitè consentire censeretur. Sed nec in marito quæcunque dissimulatio adulterij uxoris suæ vim taciti consensûs habet; nam ut cum *S. Thoma* notant Bosco *n. 201.* Pirhing *n. 12.* Reiffenstuel *n. 69.* & alij, potest maritus sciens adulterium uxoris suæ, simulare, tanquam illud ignoret, ut interea testes idoneos constituat ad illam observandam, & de adulterio convincendam. Imò, ut Sanch. *n. 6.* Gutier. *c. 129. n. 8.* Conink *D. 35. n. 7.* Canif. *in c. 2. h. tit. n. 5.* Fagnan. *in c. ex litteris 5. n. 2. §. duob. seqq.* Barbof. *in c. 4. n. 5. §. 9.* Wagnereck *ibid. V. cogi not. 2.* Honor. *hic n. 5.* Zœf. *n. 16. §. 17.* Reiffenstuel *n. 70.* notant & expresso textu *c. significasti 4. h. tit.* patet, adhuc divortium petere potest, conf. taciti consensûs in adulterio uxoris reus non est maritus, si eidem ad adulterium cau-

sam quamcunque remotam dederit v. g. debitum conjugale, aut alimenta negando, ex domo ejecta non cohabitando &c. debuisset enim uxor agere contra maritum, & petere alimenta, interea autem mala potius pati omnia, quàm in corpus suum peccare, aut malo tanto consentire *can. ita ne 3. caus. 33. q. 2. c. Sacris 5. de his, quæ vi, metusve caus. l. palam 43. ff. de rit. nupt.* ubi Ulpianus, *Neque enim,* inquit, *ignoscendum est ei, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam agit.* Excipitur, nisi per hoc uxor constitueretur in periculo incontinentiæ proximo, ut notat Engl *hic n. 16.* König *n. 11.* aut vir ea intentione uxorem expelleret, aut ei alimenta denegaret, ut ob necessitatem urgentem adulterium perpetraret; tunc enim perinde esset, acsi in adulterium consentiret. Sanch. *n. 9. fin.* Gutier. *n. 8.* Conink *n. 7.* Zœf. *n. 16.* Pirhing *n. 12.*

5. Qui instituire Divortium vult propter adulterium, non debet etiam ipse esse reus adulterij à se commissi; nam si hoc & ipse commiserit, denegatur Divortium, quòd paria delicta, quando civiliter, sive ad utilitatem privatam agit, prout fit, cum ob adulterium agit ad separationem thori, mutua compensatione tollantur *c. fin. de adult. & c. porro 3. h. tit.* Imò si ob adulterium uxoris facta est separatio quoad cohabitationem, & thorum, & vir postea etiam fornicetur, sive adulterium committat, redintegrari Matrimonium antea dissolutum debet, ita, ut ad uxorem suam teneatur redire, eique cohabitare *c. ex litteris 5. h. tit. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 7. §. 6. n. 5.* Sanch. *l. 10. de Matr. D. 9. n. 30.* Pirhing *hic n. 6. §. 7. not. 5.* Schambog. *ibid. n. 6.* Idque probabilius verum est, etsi divortium factum sit per sententiam Judicis; sicut enim uxor ex primo adulterio amittit jus quæsitum per contractum Matrimonij, ita, & multo magis maritus per adulterium suum subequens amittit jus quæsitum per Sententiam, cum jus quæsitum ex Matrimonio, & cohabitatione Matrimonialis sit favorabilior separatione per sententiam induceta. Engl *hic n. 15. fin.* Pirhing *n. 4. not. 5. §. n. 7.* König *n. 13. fin.* Reiffenstuel *n. 81. §. seqq.* Videantur dicenda *infra n. 133. §. tribus seqq.* Neque refert 1. quòd adulterium uxoris gravius sit, quàm mariti; nam quoad violationem thori, & fidei conjugalis, quam præcipuè in adulterio considerant Jura, paria delicta sunt, ut monui *suprà n. 101. §. 102. ad 3.* Non refert 2. quòd unus prius altero adulterium commiserit, vel unus sapius, quàm alter; quia Jura magis rationem habent fractæ fidei conjugalis, quàm numeri. Laym. *l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 13. §. neque refert.* Zœf. *hic n. 14.* Pirhing *n. 8.* Schambog. *n. 6.* Reiffenstuel *n. 81. §. 82.* Non refert 3. quamvis etiam unius conjugis adulterium sit occultum,

tum, folique DEO notum, alterius verò publicum; nequit enim adulter occultus Divortium petere, sed adhuc in foro conscientie compenfare tenetur adulteria, cum in hoc foro non requiratur probatio, sed fufficiat sola veritatis cognitio: in foro tamen externo, seu contentiofo adulter publicus contra occultum non compenfatur, sed prior causâ cadit propter defectum probationis. Sanch. l. 10. D. 6. n. 9. Pirhing n. 8. cit. Schambog. n. 6. Reiffenstuel n. 83.

6. Ut inflitui possit divortium, necesse est, innocentem nondum fuisse reconciliatum adultero; nam divortium reconciliatione, vel condonatione injuriæ tollitur, cum jus illud inflituendi inductum fit favore innocentis injuriam passi, & quilibet possit favori pro se principaliter introducto renuntiare. Estque perinde, sive condonatio hæc fit facta expressè, sive tacitè, utendo Matrimonio, domi retentæ uxori exhibendo solita obsequia, & signa affectûs conjugalis, cum ea ludendo, ridendo, comedendo, & multo magis amplexus, & oscula dando; nam talia si exercuerit scienter, & spontè, & nulla etiam honestatis necessitate compulsus, censetur adultero condonasse injuriam, ut adeo ad agendum pro divortio non amplius admittatur, modo nova causa, & novum adulterium non supervenerit. Sanch. l. 10. de Matr. D. 5. n. 19. Gutier. c. 129. n. 15. § 17. Conink D. 35. n. 11. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 14. Canil. in c. 2. b. tit. n. 7. Gonzal. in c. 5. eod. n. 3. Valens. hic §. 2. n. 2. Honor. n. 6. Pirhing n. 14. Schambog. n. 6. Engl. n. 18. König n. 11. y. 3. Reiffenstuel n. 71. § seqq. Notanter autem dixi, debere id factum fuisse scienter, & spontè: unde ex sola adulterij suspitione sine apertis indicijs per usum Matrimonij non sibi præjudicat innocens. Schambog. n. 6. Reiffenstuel n. 77. § 78. Item si lite pendente super adulterio Judex jubeat uxorem debitum reddere marito accusato, ne lite pendente commodo possessionis privetur juxta c. laudabilem 2. ut lit. pend. Aut denique si maritus gravi metu uxorem ad usum Matrimonij cogat; nam his casibus innocenti per hujusmodi usum circa petitionem Divortij præjudicium nullum nascitur. Conink D. 35. n. 11. cum alijs suprâ. Addidi, modo novum adulterium non supervenerit; nam si post reconciliationem, mutuo consensu factam, novum sequatur adulterium, in illud lapsus denuo accusari de eo, & ratione illius denuo divortium inflitui potest; quia præcedens venia non extenditur ad futura delicta, sed sola præterita respicit, nec æquum est, ut reconciliatio facta futuro crimini impenitentiam præstet. Sanch. l. 10. D. 5. n. 20. Pirhing n. 17. Schambog. n. 7. Proceditque hoc non tantum de casu, quo adulter relapsus in adulterium est, sed etiam quando post reconciliationem in illud lapsus est

R. P. Schmalzgrueber L. IV.

innocens; poterit enim eo casu emendatus agere ad divortium, neque objici eidem amplius adulterium præcedens potest, quippe cui per reconciliationem jus Matrimonij est restitutum, acsi nullum adulterium præcessisset. Pirh. l. cit. Imò in casu, quo post utriusque conjugis adulterium unus emendatus est, alter verò in fornicatione persistit, emendatus, quamvis non facta mutuo consensu inter se reconciliatione, Divortium inflituere potest, si tamen de emendatione pariter faciendâ conjugem alterum commoverit. Sanch. D. 7. n. 4. Conink D. 35. n. 17. Pirhing n. 18. Ratio est, quia admittio illa, per quam offertur reconciliatio alteri, habet vim reconciliationis, & ideo, quatenus in favorem admonentis cedit, censetur facta reconciliatio, hoc ipso quòd oblata sit, sed non acceptata, cum tamen debuisset; ac proinde prius commissum adulterium conjugis emendato obesse non debet, quo minus petere divortium possit. Non autem censetur facta reconciliatio in favorem reculantis, qui proin jus divortij non habet, si reconciliationem non accepit, Pirh. l. cit.

Quæritur 3. An conjugum uno in eo adulterium lapsio, innocens divertere ab eo valeat propria autoritate? Negativam defendunt Innoc. in c. intelleximus 6. fin. de adult. Anchar. ibid. n. 4. Turrecr. in can. Agatbosa V. uxorem 27. q. 2. Gabr. in 4. D. 35. q. un. art. 2. concl. 6. Gonzal. in c. 3. n. 8. prop. fin. b. tit. ex quorum sententia, ut conjux innocens ab adultero possit divertere, necessarium est judicium Ecclesiæ. Fundantur 1. textu c. porro 3. b. tit. ubi disertè negatur, conjugum separationem absque judicio Ecclesiæ fieri posse, etiam cum Parentela, sive Consanguinitas (eadem aliorum Impedimentorum ratio est) publica, & notoria est. 2. can. seculares 1. caus. 33. q. 2. ubi excommunicari jubentur viri, qui uxores suas sine judicio Ecclesiæ dimittunt. 3. Quia sic recedentes sibi jus dicunt in propria causa contra l. un. c. ne quis in sua causa &c. 4. Divortium est pœna nocentis, quam jus ipso facto non imponit, sed Judici remittit imponendam. 5. Matrimonium est Ecclesiæ autoritate celebratum; igitur autoritate Ecclesiæ, & non ipsorum conjugum dissolvi debet.

Sed adhibenda est distinctio: Velut enim sufficienter constat de adulterio, ab altero conjugum commissio, vel contrâ dubium duntaxat, aut suspicio probabilis de illo habetur. Si hoc secundum, certum est, non posse conjugem innocentem ab altero, qui tali suspitione gravatur, propria autoritate divertere. Patet ex c. significasti 4. b. tit. & clarè statuitur c. ex parte 9. de sponsal. ubi Alexander III. asserit, uxoris dimissionem sine manifesta causa fornicationis nemini esse permissam. Ratio est, quia antequam

quam moraliter constat certò de adulterio, saltem per violentam præsumptionem, alter conjux non potest privari possessione, cum melior in dubio sit conditio possidentis; ideoque non potest poena hæc infligi ab homine, donec saltem moraliter certò constat de adulterio perpetrato. Et hinc quando *can. dixit 2. caus. 32. q. 1. uxor permittitur dimitti ob suspicionem fornicationis*, id intelligendum est de suspitione, seu præsumptione violenta, & orta ex circumstantijs, cum fornicationis actu ferè semper conjunctis, & fundantibus moralem certitudinem, prout in *can. cit.* notat Barbof. *n. 1. Sanch. l. 10. de Matr. D. 12. n. 42.*

¶ *Si primum, videndum est, an Adulterium conjugis sit notorium, an occultum publicè, sed certò notum innocenti. Si publicè notorium sit, sive deinde notorietas illa sit facti, sive Juris, conjux innocens auctoritate propria ab adultero potest recedere, tam quoad debiti redditionem, quam cohabitationem mutuam. Abb. in c. 4. de Donat. int. vir. & uxor. n. 4. Paludan. in 4. dist. 35. q. 1. art. 3. concl. 3. Sylv. V. divortium 9. q. 8. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 7. §. 5. n. 12. Henriq. l. 11. de Matr. c. 17. n. 2. Sanch. l. 10. de Matr. D. 12. n. 42. Gutier. c. 129. de Matr. n. 9. Fachin. l. 2. contr. c. 10. Conink D. 35. n. 2. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 8. §. quartum. Palao tr. 28. D. 3. p. 6. §. 4. n. 2. & 3. Vallens. hic §. 2. n. 1. §. ceteram, Zoel. n. 28. Pich. n. 16. not. 2. Wiestner n. 76. & seqq. Reiffenstuel n. 39. & seqq. Magnif. P. Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 91. & patet 1. ex c. significasti cit. ubi rati habetur unius conjugum recessus ab altero, ob adulterium propria auctoritate factus, si notorium est, mulierem adulterium commississe. 2. Ex can. de Benedicto 5. caus. 32. q. 1. & c. de illa 6. h. tit. ubi mulier ad maritum, à quo propter Hæresin propria auctoritate recessit, redire non compellitur, antequam iste, abjurata Hæresi, ad Ecclesiæ gremium fuerit reversus. 3. Ex c. ex parte cit. ibi, Nemini licet uxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere; igitur per argumentum à sensu contrario ea ob manifestam fornicationem dimitti potest.*

¶ *Quod si verò Adulterium alterius publicè occultum sit, sed innocenti privatim certò cognitum, major est controversia. Negant tunc dimitti uxorem adulteram posse S. Thom. in 4. dist. 35. q. 1. art. 3. S. Bonav. ibid. q. 3. Turrecr. in can. seculares cit. Pont. l. 9. de Matr. c. 18. à n. 6. Sed communior etiam hoc casu permittit innocenti, ut propria auctoritate possit recedere, saltem pro fore conscientiæ, & secluso scandalo. Ita cum allegatis n. 111. Clericat. de Sacr. Matr. decis. 39 n. 31. Ratio est, quia Matrimonium ex natura sua non aliter obligat ad thorum, & redditionem debiti conjugalis, quam sub conditione, si etiam alter conjux fidem con-*

jugalem servet c. quemadmodum 25. pr. de Jur. jur. igitur si hanc alter non servet, sed carnem suam in alienam dividat, obligatio ista cessabit: & quidem cum negatio debiti sit actus privatus, privatim etiam, & auctoritate privata fieri potest. Conf. ob adulterium notorium, ut *n. præc.* dictum est, licet conjugi innocenti propria auctoritate à nocente divertere; ergo æquè ei hoc licebit in foro conscientiæ ob adulterium secretum; nam jus divertendi non ex publicitate, sed ex delicto nascitur, & ubi publicitas requiritur ad faciendum divortium, id requiritur duntaxat ad vitandum scandalum: unde hoc cessante, sufficet, si de adulterio innocenti quomodocunque certò moraliter constat.

¶ *Dixi autem 1. saltem pro foro conscientiæ; quia in foro externo ex causa adulterij nec notorij, nec legitime probati uxorem dimittens, eam recipere compellendus est, ne hominum malitiæ præbeatur ansa conjugem innocentiam ejusmodi dimissione vel recessu injustè vexandi. Dixi 2. secluso scandalo; quia ad grave scandali periculum vitandum liberè dimissioni, aut recessui, etiam in foro conscientiæ interno, vix locus est extra casum, quo conjugum est occultum. Sanch. D. 12. cit. n. 34. quod intellige de separatione quoad cohabitationem mutuam; nam ex debiti negatione, cum hæc omnino esse occulta sit, nullum scandali periculum esse potest in vulgo: & hinc eo casu, quo vir certò scit adulterium commissum esse ab uxore sua, licet deficientibus probationibus à Judice Ecclesiastico compellatur debitum reddere, non tamen parere tenetur præcipienti; quia sententia nititur præsumptione falsa. Sanch. l. cit. Dixi 3. si certò constat innocenti de adulterio conjugis. Porro talem certitudinem, ut Palao §. 4. cit. n. 8. notat, habere censetur conjux innocens, si pro adulterio talia indicia habeat, quæ in Judicio externo probata sufficerent, ut Judex divortij sententiam proferre possit; nam conjux innocens recedens ab adultero, quasi sententiam profert. Qualis autem ad sententiam divortij ferendam requiratur probatio, & quæ indicia ad hoc sufficiant, dicitur infra n. 115.*

¶ *Ad Argumenta n. 109. allata facilis est responsio. Ad 1. negatur paritas inter separationem Matrimonij, quæ fit ex causa adulterij, & inter eam, quæ fit ex causa Impedimenti Consanguinitatis, vel alterius Impedimenti dirimentis: per primam conjux privatur sola possessione, sive usu communis thori, & commodis obsequij conjugalis; per secundam verò deicitur ipsa proprietate: quod cum multis majoris sit præjudicij, meritò ad separationem hanc discernendam exigitur judicium, & auctoritas Ecclesiæ, ut Sanch. D. 12. cit. n. 38. prop. fin. Conink D. 35. n. 3. Pirhing hic n. 25. notant, Ad 2. in textu illo non agitur de*

eo, qui uxorem suam dimisit ex causa adulterij, cujus notitiam certam habet; sed de eo, qui illam dimisit sine ulla graviore culpa, aut probabili causa, animo ad illicita consortia accedendi. *Ad 3.* innocens discessu illo non tam sibi jus dicit, quam utitur Jure, sibi ex natura Matrimonij certò competente, & nulla Lege adempto; imò apertè firmato per *can. dixit cit.* ubi uxor ob fornicationem, cum de ea constat, permittitur dimitti liberè, h. e. nullà alià licentià, vel sententià expectatà, cum dictione illa sententià jam lata denotetur juxta Tiraquell. in *l. si unquam 8. C. de revocand. Donat. V. revertatur n. 134.* *Ad 4.* Divortium non est propriè pœna, sed quasi conditio imbibita in ipso Matrimonij contractu, quæ cum sit in favorem innocentis, satis est, ut innocens adulterij conscius adulterum jure debitum exigendi privet. *Ad 5.* Conceditur Sequela pro foro externo: in interno spectatur natura Contractus matrimonialis, qui ad debitum reddendum, & cohabitationem mutuanon obligat, nisi sub conditione servatæ fidei ab altero conjuge.

¹¹⁵ *Quæritur 4.* Qualiter constare debeat de adulterio, & quales probationes requirantur, ut Judex Ecclesiasticus ratione illius Divortij sententiam proferre possit? *1.* cum delicta carnis sint difficilis probatōnis, ad adulterium probandum non requiruntur testes, de visu ipsius adulterij deponentes, sed sufficienti conjecturæ, & præsumptiones violentæ, ex quibus si non physica, saltem moralis certitudo inducatur, ut scilicet quilibet prudenter credere possit, adulterium commissum esse. *Engl hic n. 14.*

¹¹⁶ *Quanam autem tales præsumptiones sint, traditur per textum, & DD. in c. litteris 12. de Præsumpt. & multis alijs explicant Farin. prax. crim. de delict. carn. Sanch. l. 10. de Matr. D. 12. Gutier. de Matr. c. 129. n. 12. Palao tr. 28. D. 3. p. 6. §. 4. n. 8. & alij passim.* Desumuntur verò Præsumptiones istæ ex circumstantia loci, temporis, & personarum, veluti si uxor, aliàs malè diffamata, aut suspecta, sola cum solo, tempore, & loco ad peccandum apto deprehendatur. Oscula etiam, & amplexus, tactus &c. quamvis ex se, ut *n. 130.* dictum est, non constituunt causam divortij, concurrentibus tamen alijs circumstantijs, valde aggravant præsumptionem Adulterij, ut aliquando sufficiant, si non ad condemnationem criminalem pœnæ ordinariæ, saltem ad faciendum divortium, ut pluribus allegatis docet *Burlat. conf. 218. n. 3. vol. 1. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 7. §. 6. n. 3. Graff. p. 1. decis. l. 2. c. 84. n. 5. Palao tract. 28. D. 3. p. 6. §. 4. n. 8. Engl hic n. 14.* Idem dicendum, si aliquæ litteræ amatoræ reperirentur, à muliere missæ amafio, & his adjungatur confessio adulterij præteriti; nam esto, confessio ista, upote extrajudicialis, non plenè deli-

ctum probet ad faciendum divortium per sententiam Judicis, sufficere tamen probatio hæc ad faciendum divortium extrajudicialiter, & autoritate propria, utpote ad quam faciendam minor requiritur probatio *Palao l. cit.* Imò ad divortium propria autoritate faciendum, juxta *Sanch n. 51. Gutier. n. 12. concl. 4. Palao l. cit. v. idem.* sufficit, si conjux innocens de alterius adulterio, seu de violento illius indicio certior fiat à persona fide dignissima, cui meritò prudentissimus quisque fidem haberet; quia illud dictum certitudinem moralem præstat.

Est verò attendendum, quòd tales præsumptiones, & conjecturæ, ex quibus adulterium præsumitur, ut pro divortio per sententiam Judicis faciendum sufficiant, plenè probandæ sint per testes, aut confessionem propriam uxoris adulteræ: proin non sufficit, si v. g. solus maritus dicat, se actus suspectos uxoris vidisse; quia in causa propria nemo testis idoneus reputatur, ex qua nimirum aliquid sperat, sicut hoc casu maritus, ubi propter adulterium uxoris ipse non tantum à jugo Matrimonij liberatur, sed insuper uxoris Dotem lucratur. *Gutier. Engl l. cit.*

Quæritur 5. an conjugem adulterum dimittere innocens teneatur? *Ratio dubitandi sumitur 1. ex Prov. 18. v. 24. ibi, Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum; qui autem tenet adulteram, stultus est. & insipientis. 2. ex can. sicut crudelis 1. caus. 32. q. 1. & c. si vir 3. de adult. & supr. in quorum textuum priore uxorem meretricem retinens fatuus, & Patronus turpitudinis, in posteriore reus, & ejus criminis particeps dicitur. 3. ex factò S. Josephi, qui *Matth. 1. eò quòd esset justus, voluit dimittere B. V. quam adulterij ream suspicabatur.**

sed dicendum, per se, & ratione adulterij innocentem non obligari ad conjugem adulterum dimittendum. Ita *Navar. in can. divortium 21. dist. 1. de pœnit. n. 8. Sanch. l. 10. de Matr. D. 13. n. 6. Gutier. de Matr. c. 129. n. 15. Conink. D. 35. n. 19. Pont. l. 9. c. 17. n. 2. Palao tr. 28. D. 3. p. 6. §. 3. n. 2. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 15. Hurtad. Disp. 12. diff. 4. à n. 15. Vivian. in c. 5. hoc tit. pr. Clericat. de Sacra Matr. decis. 39. n. 25. Vallens. bio S. 2. n. 1. v. fidem, Engl n. 18. Pirhing n. 20. Schambog. n. 10. Wiestner n. 83. Magnif. P. Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 87. Sumitur ex *can. de Benedicto 5. can. si quis uxorem 6. caus. 32. q. 1. & c. quemadmodum 25. S. illud de Jurejur. ibi, Tutius est adulterium non accusare.* Ratio est, quia adulteræ dimissio à Christo *Matth. 19. v. 9.* ut notat S. Augustinus relatus. *can. Idololatria 5. caus. 28. q. 1.* non præcipitur, sed solummodo permittitur favore innocentis, qui illaram sibi injuriam condonare, & juri divertendi, ex ea sibi quæsito, renuntiare potest, ne quod in*

favorem ejus est introductum, in ejus incommodum detorqueatur; durum enim accidere posset conjugii innocenti, si cogeretur caelebs vivere, & solus familiam regere, & administrare.

120 Dixi per se, & ratione adulterij; nam per accidens, & ratione scandali, ac sinistrae suspicionis, cuiusquam præbet, si post correctionem, & non secutam emendationem non dimittat uxorem adulteram, aliquando tenetur illam dimittere, licet raro admodum; maxime si vir adulter sit, & uxor innocens; cum enim ad viri correctionem tanquam subdita non obligetur, ex ejus retentione scandalum, aut consensus suspicio non facile oritur. Pirhing *hic n. 20. fin.*

121 Neque contrarium probant Argumenta *n. 118. allata.* Ad 1. dico, id intelligendum de casu, quo ex retentione oriretur scandalum in populo, ut contingere posset, si adulterium esset publicum; vel si retentio scandalum foret ipsius conjugis adulteræ, utpote ex hoc liberis peccantis, tunc enim ad illam dimittendam, saltem ad tempus, & ad correctionem peccantis obligatio esse posset. Ad 2. textus *cit.* loquuntur de marito retinente uxorem adulteram, nulla adhibita correctione; is namque ejus turpitudinis particeps, & patronus censeretur debet, quod adulteram per silentium suum ad flagitij continuationem animet. Ad 3. S. Josephi justitia in eo consistebat, quod aspiciens eximiam Virginis Sanctitatem Judicium suspenderit circa adulterium ejus, cujus tam vehemens habebat indicium, & proinde noluerit eam traducere, ne lapidaretur, potiusque elegerit occultam dimissionem.

122 Quæritur 6. an si conjux innocens velit ultro reconciliari nocenti post factum ab ea divortium, teneatur nocens acceptare, & ad cohabitationem redire? *Ratio dubitandi est,* quia innocens dimittendo adulterum, dimisit jus suum, quod in ipsum habuit. remittentibus autem jura sua non est dandus regressus *libr. queritur 14. §. si venditor 9. ff. de Edilit. Edict.*

123 Sed verior est Sententia affirmativa, quam cum communi defendunt Pont. l. 9. de Matr. c. 9. n. 1. & seqq. Palao *tr. 28. D. 3. p. 6. §. 7. n. 1.* Fagnan. *in c. ex litteris 5. b. tit. n. 11.* Engl *hic n. 19.* Reiffenstuel *ibid. n. 100.* Ratio est, quia divortium ex causa adulterij, ut dictum est *n. 119.* solum in gratiam innocentis concessum est, ergo non debet in ejus odium, & incommodum detorqueri. *c. quod ob gratiam 61. de R. J. in 6.* sententia non debet prodesse reo, contra quem lata est *l. evidenter 16. ff. de Except. rei judic. Proceditque hoc,* etiam si Divortium actum sit per sententiam Judicis; nam adhuc, si velit, innocens revocare potest adulterum dimissum, eumque cogere ad redeundum; cum per divortium, & ejus sententiam nullum jus amiserit innocens, & obligatione

non liberatus sit nocens, nisi consecutivè, quam diu scilicet non fuerit revocatus ab innocente. Sanch. *Disp. 10. n. 3.* Gutier. *c. 129. n. 14.* Pirhing *hic n. 21.*

Intelligendum autem hoc est, modo ¹²⁴ neuter conjugum statum mutavit: nam si vel conjux innocens, vel adulter statum mutavit cum consensu expresso, vel tacito conjugis innocentis profitendo Religionem vel SS. Ordines suscipiendo, nullum superest jus innocenti ad revocandum adulterum; quia assumendo statum immutabilem, & incompatibilem cum Matrimonio, vel permittendo, ut ab adultero assumatur, omne jus conjugale a se abdicasse censetur. Sanch. *l. cit. n. 6.* Fagnan. *in c. ex litteris 5. b. tit. n. 12.* Pirhing. *n. 21. cit.*

Addi autem, si conjux adulter statum ¹²⁵ mutavit cum consensu expresso, vel tacito innocentis; nam ut alijs *cit.* notat Palao *n. 1. cit.* ipsi non est integrum Ordinem Sacrum assumere, aut profiteri religionem, quamdiu spes subest reconciliationis. Et in hoc dispar est conditio nocentis ab innocente; hic enim Religionem ingredi, vel SS. Ordines assumere, facto divortio, etiam invito conjuge nocente, potest, ut cum alijs notat Fagnan. *l. cit. n. 15.* quia propter adulterium conjugis liceratur ab omni servitute, quam illi debebat ratione conjugij.

Durat autem hæc obligatio non mutandi ¹²⁶ statum in adultero solum tamdiu, quamdiu spes reconciliationis, ut dixi subest; nam illa sublata, liberum ipsi est statum mutare, utpote qui non præsumitur à conjuge innocente repetendus. In specie mutare statum adulter & ipse potest. 1. si innocens SS. Ordinibus initiatus, vel Religionem professus est; quia tunc repeti adulter ab eo amplius nequit, utpote qui elegit statum usui conjugali oppositum. Sanch. *l. 10. D. 20. n. 6.* Pont. *l. 9. c. 19. n. 2.* Palao *§. 7. cit. n. 3.* 2. si adulter emendatus sæpius reconciliationem petat, & innocens denegat; quia hac denegatione tacite innuit, nolle se unquam sibi nocentem reconciliari, quâ spe sublata, injustè, & irrationabiliter vellet, ut nocens de suo statu semper existat suspensus. Sanch. *l. cit. n. 3.* & *16.* Pont. *n. 4.* Palao *n. 2.* 3. si innocens uxorem adulteram, à JUDGE sæculari ob adulterium in Monasterium ad poenitentiam agendam detrusam, intra biennium illius reclusionis non repetat; ea enim repetitionis omissione censetur, Jure sic disponente, consentire ingressui. *Auth. sed bodie C. ad Leg. Jul. de Adult.* Sanch. *n. 8.* Pont. *n. 3.* Palao *n. 4.*

Neque obstat Ratio dubitandi ¹²⁷ *n. 122.* allata; quia per petitionem, & sententiam divortij innocens non remittit jus suum, sed potius adulter jure suo, quod prius in innocentem ex Matrimonio habuit, volente conjuge innocente, privatur.

128 **Quæritur 7. an adulterum respiscen-**
tem recipere, & cum eo redintegrare con-
jugium innocens teneatur? Viderur teneri
1. ob textum c. si vir 3. de Adult. & supr.
ibi, *Quodsi mulier dimissa egerit poenitentiam,*
& voluerit ad virum suum reverti, debet,
sed non sepe, recipere peccatricem, 2. ex
can. quod autem 7. caus. 32. q. 1. ibi, *Nunc*
autem, postquam Christus dixit, Nec ego te
condemnabo, vade, deinceps noli peccare, quis
non intelligat debere maritum ignoscere, quod
videt ignovisse Dominum amborum, 3. ex
can. ego dixi 7. caus. 34. q. 1. ubi textus,
si vir, inquit, non receperit uxorem suam
poenitentem, peccat, & magnum peccatum
sibi admittit.

129 *Sed dicendum, etsi conjux innocens,*
si velit, possit reconciliari adultero, & cum
illo redintegrare Matrimonium, non tamen
ad hoc teneri. Ita S. Thom. in 4. dist. 35.
q. un. art. 6. ad 2. S. Bonavent. ibid. art. 1. q.
5. Sor. dist. 39. q. un. art. 3. concl. 4. Gu-
tier. de Matr. c. 129. n. 13. Conink D. 35.
n. 18. Pont. l. 9. c. 19. n. 6. Laym. l. 5. r.
10. p. 3. c. 7. n. 16. Palao tr. 28. D. 4. p. 6.
§. 6. n. 1. Bosco D. 12. sect. 16. concl. 7.
Canil. in c. 2. h. tit. n. 6. Honor. hic n. 11. Pir-
hing n. 22. Schambog. n. 12. Wiestner n.
85. & seqq. Reiffensuel n. 97. Magnif. P.
Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 103. & trib
legq.

130 Et quidem quod conjux innocens
possit, si velit, reconciliari adultero, & cum
eo redintegrare Matrimonium, ratio est,
quia, ut n. 119. dixi, conjux innocens non
teneatur nocentem dimittere, si non velit,
ergo etiam non prohibetur dimissum reci-
pere, si velit. Quod verò regulariter non
teneatur illum recipere etiam poenitentem, &
emendatum, ratio est, quia etsi per poeni-
tentiam tollatur culpa apud DEUM, non ta-
men tollitur injuria facta homini, nec reatus
pœnæ, cujus rationem Divortium, ob ad-
ulterium institutum, habet. Conf. 1. quia
conjux innocens absolute liber est ab onere
conjugali, & adulter violando semel fidem
Matrimonij, omne jus conjugale amittit. Conf.
2. quia potest conjux innocens conjugem
adulterum accusare in ordine ad divortium,
postquam multis jam annis poenitentiam egit
de commisso crimine, textu claro can. ad-
monere 8. caus. 33. q. 1. v. poenitentia. igitur
multo magis potest illum non recipere etiam
poenitentem; nam turpius ejicitur, quam non
admittitur hospes.

131 **Excipi tres casus debent.** 1. quando
respiscens receptione magnum aliquod ma-
lum averti, aut bonum promoveri potest.
Wiestner hic n. 86. 2. quando innocens
injuriam, per adulterium sibi illatam, ex-
pressè, vel tacite remisit secundum dicta n.
108. 3. quando qui prius erat innocens,
etiam ipse in adulterium lapsus est, juxta
ca. quæ docui n. 107.

Adtextus in contrarium n. 128. alle-
gatos facilis est responsio. Ad 1. textus il-
le de honestatis solum, & æquitatis cujus-
dam, non verò de necessitatis, & legali
debito intelligi debet, ut cum Gloss. &
Host. V. debet notant Pont. n. 6. Palao n.
2. Canil. n. 6. l. cit. Ad 2. eadem est re-
sponsio Ad 3. id intelligendum est, quan-
do ex indignatione, & odio reconciliatio-
nem negaret innocens, & non ex jure per
adulterium sibi quasito; vel dic, eum pec-
care, si timeat incontinentiæ periculum ux-
oris eam repellendo, cui tamen periculo abs-
que gravi incommodo subvenire possit.

Quæritur 8. an ob adulterium dimis-
sus autoritate sententiæ judicialis, quæ
transijt in rem judicatam, agere ad conjugij
restorationem possit, quando alter in idem
delictum postea lapsus est? Negant hoc
casu conjugem adulterum habere jus ullum
reperendi innocentem, qui post senten-
tiam divortij adulteratus est, adeoque ea
delicta in casu isto non compensari valde
probabiliter docent S. Thom. in 4. dist. 35.
q. un. art. 6. Abb. in c. fin. de adult. n. 5.
Sylv. V. divortium n. 27. Sanch. libr. 10. de
Matr. D. 9. n. 30. Gutier. de Matr. c. 129. n.
18. Laym. l. 5. tract. 10. p. 3. c. 7. n. 14.
Zoes. hic n. 15. dubitative tamen, Pirhing
n. 19. Schambog. n. 8. Moventur 1. quia
quod semel bene definitum est, minimè est
retractandum can. quod bene 6. caus. 6. q. 4.
2. quia conjugem reperenti obstat exceptio
rei judicata, quam abolere non potest ad-
ulterium commissum post transitum senten-
tiæ in rem judicatam, 3. quia per Sen-
tentiam divortij dissolvitur jus communis
thori, & habitationis; conf. sic dimissus jus
ad thorum, & in corpus alterius non am-
plius habet. igitur adulterio postea commisso,
non fit ipsi injuria, quamvis reus fiat ad-
ulterij coram DEO.

Sed his non obstantibus, verius est,
tali casu agi posse ad Matrimonij redintegra-
tionem. Ita Gloss. in c. ex litteris 5. V. ad in-
vicem b. tit. Host. ibid. n. 2. Joan. Andr. n. 10.
Anchar. n. 5. fin. & n. 13. Gaëta in can. ad li-
mina 30. q. 1. §. 4. n. 228. Covar. p. 2. de
Sponsal. c. 7. §. 6. n. 5. Petr. Barbol. in l. viro
36. ff. solut. Matr. n. 4. August. Barbol. in c.
fin. de adult. n. 4. Conink D. 35. n. 13. &
duob. seqq. Pal. tr. 28. D. 5. p. 6. §. 6. n. 11.
Fagnan. in c. ex litteris cit. n. 6. Gonzal. ibid. n.
3. Engl. hic n. 15. Honor. n. 6. Wiestner n.
89. Reiffensuel n. 87. Magnif. P. Schmier p.
2. de Matr. c. 5. n. 109.

Ratio est, quia Sententia non dat jus
divertendi, sed solum illud ex adulterio in-
nocenti quæsitum declarat, ut eo publicè uti
possit. atqui jus divertendi, ex adulterio
quæsitum innocenti, solum est conditiona-
tum, Si actor servaverit continentiam, &
Quamdiu ipse innocens est; aliàs Matrimonium
restaurare non teneretur innocens, si post
di

divortium, propria autoritate institutum ipse etiam labatur in adulterium. igitur etiam sententia habebit adjectam hanc conditionem, quâ proin cessante, reus agere poterit ad reintegrationem Matrimonij. *Conf.* quia quando causa sententiæ venit ad non causam, sive quando cessat causa, ob quam sententia lata est, agenti non obstat exceptio rei judicatæ. Bartol. in l. si fullo 2. ff. de cond. & sin. caus. n. 1. hoc fit, quando adulterium etiam ab altero commissum est. ergo &c.

236 Neque contrarium persuadent Argumenta allata. *ad 1. can. cit.* intelligi debet de retractatione ex iisdem causis, non de ea, quæ fit ex nova causa, prout

fit in casu quæstionis præsentis. *Ad 2.* exceptio rei judicatæ agenti obstat, si is velit in dubium revocare sententiam, quæ ita transijt; non verò si velit agere ob novam causam, quæ novam declarationem exigit. *Ad 3.* Sententia divortij tantum eximit ab obligatione thori, & cohabitationis, non autem ab ea, quæ conjuges prohibentur alijs copulari; nam hoc ne fiat ab innocente, dimissus jure suo petit: *conf.* si fiat injuria eidem inferatur. Retorqueri hæc omnia possunt in divortiente autoritate propria ex notorio adulterio; nam sententia, ut dixi, non tribuit novum jus, sed quæsitum declarat.

§. III.

De Temporanea Dissolutione Matrimonij quoad thorum, & cohabitationem.

S U M M A R I U M.

137. 138. 139. Præter fornicationem adhuc sunt aliæ justæ Divortij causæ.
140. Et I. quidem Hæresis, & Apostasia à Fide.
141. II. Periculum animæ.
142. III. Periculum corporis.
143. IV. Sevitia, & furor mariti.
144. V. Molesta cohabitatio ob frequentes rixas, & jurgia.
145. 146. An quando maritus in Hæresim lapsus est, teneatur illum uxor dimittere?
147. &c. An dimissum, & postea resipiscentem recipere?
151. &c. An Hæreseos crimina quoad Divortium compensentur inter se?
155. &c. Vel cum adulterio carnali?
159. &c. Quale crimen esse debeat, ut ejus periculum alteri conjugi det justam causam Divortij.
163. &c. An & quando justæ Divortij causa sint verbera inflata, vel timenda à marito?
168. &c. An etiam maritus divertere possit ob sevitiæ uxoris?
171. &c. An ex causa sevitiæ licent innocentem divertere auctoritate propria.
175. &c. An post divortium ex causa sevitiæ ita separatis permissus sit ingressus Religionis, aut susceptio SS. Ordinum?
178. &c. Quid dicendum, quando conjugum alter factus est furiosus?
181. &c. Apud quem, factò Divortio, Liberi educari, & alii debeant?
- 137 **Q**Uæritur I. an præter fornicationem, sive adulterium conjugis aliæ etiam sint causæ justæ Divortij? Videtur respondendum negativè ob textum *Matth. 5. v. 32.* & *19. v. 9.* ubi Christus dicit, *eum mœchari, qui dimiserit uxorem suam, exceptâ causâ fornicationis.* igitur ex solâ fornicationis causâ uxor dimitti, & divortium institui potest. *Conf.* si ob aliam causam institui Divortium posset, maximè posset ob unius lepram, vel aliam infirmitatem, atqui ob hanc conjuges quoad thorum, & cohabitationem non sunt separandi, prout statuit Alexander III. c. quoniam 2. de conjug. leprof. ergo &c.
- 138 **S**ed Catholica, & à S. Synod. Trid. sess. 24. de Sacr. Matr. definita veritas est, fornicationem non esse unicam causam faciendi Divortij, ut patet ex ejus Synodi can. 8. sess. cit. cujus tenor est: *Siquis dixerit Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges, quoad thorum, seu*
- quoad cohabitationem, ad certum incertumve tempus fieri posse decernit, *Ana. hema. sit.* *Conf.* nam si Apostolus 1. Corinth. 7. potuit concedere temporalem separationem conjugum ex consensu causâ orationis, potuerunt utique etiam Pontifices ex alijs justis causis scilicet propter periculum corporis, vel animæ, talem separationem indulgere; etenim Pontifices, tanquam Christi in terris Vicarij, Apostolica auctoritate perfruuntur, nec minore, quàm Apostoli, Jus Divinum interpretandi, ac declarandi potestatem habent.
- Ad Argumentum sumptum ex verbis 139 Christi dico, fornicationem esse unicam causam faciendi Divortij perpetui, & absoluti; plures verò alias sufficere ad faciendum Divortium ad tempus certum, vel incertum, quamdiu scilicet illæ durant: & ita textus illos *Matth.* explicant Bellarm. l. 1. de Matr. c. 14. §. secunda Maldonat in *Matth. c. 5. v. 32.* Peir. de Ledelm. de Matr. q. 62.

q. 62. art. 5. Zoef. hic n. 19. Engl n. 10. Wiestner n. 92. Reiffenstuel n. 30. estque explicatio hæc valde conformis menti Trid. dem ait, ob plures causas divortium ad certum, incertumve tempus (quod idem est, ac non perpetuo) esse permissum. Ad Conf. textus ille, Tit. 8. de conjug. Lepros. n. 10. respondi, intelligendus est, quando præ iudicio Medicorum non est contagiosa, & propterea conjugii alteri nullum, aut leve infectionis periculum imminet.

140 Quæritur 2. quamnam in specie sint causæ iustæ faciendi Divortij non perpetui? ð. quinque maximè enumerantur.

1. Hæresis, & multo magis Apostasia à Fide can. Idololatria 5. & can. seq. caus. 28. q. 1. c. de illa 6. & c. quantò 7. fin. b. tit. c. fin. de convers. conjugat. imò hæc tanquam Spiritu- alis fornicatio aliquando est iusta causa divor- tij perpetui juxta c. de illa cit. §. fin. Con- nink, D. 35. n. 24. Laym. l. 5. tract. 10. p. 3. c. 7. n. 16. §. nunc demum, Palao tract. 28. D. 3. p. 6. §. 8. n. 2. Vivian. in c. 2. hoc tit. §. nisi, Canif. ibid. n. 8. Barbof. n. 3. Gonzal. in c. 1. eod. n. 12. Vallens. hic §. 2. n. 1. Zoef. n. 20. Engl n. 9. fin. Pirhing n. 27. Scham- bog. n. 15. König n. 7. Reiffenstuel n. 29. Magnif. P. Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 111. Ratio est, quia plerumque ex cohabitatione cum Hæretico pertinaci Catholico conjugii, ejusque proli periculum perversionis immi- net.

141 2. Periculum animæ, quando conjugis conjugem ad grave peccatum v. g. latrocinij, veneficij, maleficij &c. vel etiam ad pecca- ta carnalia, ipsis conjugibus inter se prohi- bita v. g. ad præposteram Venerem, incitat, aut impellit arg. can. Idololatria cit. quia cum naturali, & Divino Jure cuilibet sit permis- sum, animæ periculum & ruinam Spiritua- lem evitare, non erit interdictum propter tale periculum etiam recedere à conjugio. S. Thom. in 4. dist. 39. q. un. art. 6. Abb. in 6. 2. hoc tit. n. 3. Sanch. l. 10. de Matr. D. 17. n. 5. Conink n. 23. Laym. n. 16. §. al- tera. Palao §. 9. n. 1. Canif. n. 3. Vallens. n. 1. cit. Zoef. n. 25. Engl n. 9. Pirhing n. 58. §. 61. Schambog. n. 40. König n. 7. Reiffenstuel n. 29. Magnif. P. Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 126. Propter alia delicta conjugis, quæ in periculum animæ, vel corporis alterius conjugis non redundant, divortium minimè conceditur, prout arg. c. quæsvit 2. hoc tit. notant Vivian. ibid. pr. & §. Et tunc. Canif. n. 1. Barbof. n. 2. Gonzal. n. 4. Engl hic n. 22. Pirhing. n. 28. §. 59. aliàs enim infinita ferè peterentur divortia.

142 3. Periculum corporis; nam quoties conjugii grave damnum corporis imminet ex mutua cohabitatione, quod alià viâ averti non potest, nisi factò divortio, fieri illud rectè potest; neque enim Jus Naturale, vel Divinum prohibet, quò minus aliquis grave malum corporis declinare valeat. Et ex R. P. Schmalzgrueber L. IV.

hac ratione 1. conjugis sanus separare se po- test à leproso, vel alio contagioso morbo laborante Navar. Man. c. 22. n. 22. Sà V. di- vortium n. 8. Henriq. l. 11. de Matr. c. 4. fin. Conink. l. cit. n. 22. Laym. n. 16. Palao n. 5. Engl n. 24. Pirhing n. 61. coroll. 5. Kö- nig n. 8. Reiffenstuel n. 29; 2. divertere potest uxor, si vir atrocium exerceat, timeatque mulier Prudenter, ne tanquam illius criminis focia sit punienda, vel saltem reputanda, nisi alia via præter fugam ad periculum hoc evitandum occurrat; quia societati mariti adstricta non est cum gravi suæ vitæ, & honoris detrimento, ut rectè D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 10. cas. 1. Palud. in 4. dist. 32. q. 1. art. 2. n. 7. Navar. n. 22. cit. Sà n. 5. Sanch. D. 18. n. 21. Palao n. 5. cit. cum alijs.

4. Sevitia aut furor mariti v. g. con-143 fortlem suam capitali odio persequentis, ejusque vitæ ferro, veneno &c. insidiantis, mortem, vel mutilationem seridè minitan- tis, aut alijs modis crudeliter tractantis c. ex transmissa 8. & c. litteras 19. de restit. Spoliat. Sanch. D. 18. per totam, Conink n. 23. Laym. n. 16. §. tertia, Palao n. 6. Canif. in c. 2. n. 3. Barbof. ibid. n. 4. Gonzal. in c. 1. n. 12. Vall. §. 2. n. 1. Zoef. n. 21. Pirhing. n. 61. coroll. 2. §. 3. Engl n. 24. König n. 8. Schambog. n. 40. Reiffen- stuel n. 29. Wiestner n. 98. Magnif. P. Schmier n. 133. Ratio est, quia uxor non est mancipium viri, sed confors thalami, & rerum humanarum, ac Divinarum focia. igitur si tractetur ut serva, tanto justius petere separationem potest, quanto aliàs notius est, quòd cuilibet jus defensionis contra vim alterius injustam concessum sit.

5. Molesta cohabitatio ex frequen-144 tiâ jurgiorum, & rixarum, quas conjugum alterius inveterata, & indomita improbitas solet excitare; quia hujusmodi incommodorum metus est gravis, & in constantis ani- mi hominem cadens: imò in hujusmodi conjugio salus corporis, & animæ periculi- tatur. Henriq. l. 11. de Matr. c. 17. n. 7. Sanch. D. 18. cit. n. 11. Laym. n. 17. §. præterea, Pirhing n. 61. not. 3. Schambog. n. 40. Wiestner n. 99. Magnif. P. Schmier l. cit. n. 138.

Quæritur 3. an quando maritus in,145 Hæresim lapsus est, teneatur illum uxor dimittere? ð. distinguendo, an ex co- habitatione cum conjugè in Hæresim lapsò conjugis Catholicus patiat periculum per- versionis solum commune, an verò grave. Si primum, non videtur conjugis Catholicus obligatus ad faciendum divortium, ut no- tat Palao tr. 28. D. 3. p. 6. §. 8. n. 2. Ratio est, quia nemo tenetur communia pericula peccandi fugere cum gravi suo de- trimento, atqui negari non potest, Catholi- co grave esse se à conjugè separare, ejus co- habitatione, & obsequio carere, ac calibem

Mmm

vive-

vivere; imò ex tali separatione saepe oritur incontinentiæ periculum conjugii: quomodo igitur obligari poterit ad fugiendum periculum perversionis non graviter urgens, si ex ejus fuga incidat in periculum gravius incontinentiæ?

146 Si secundum, conjux, qui tale periculum perversionis graviter urgens patitur, tenetur se separare à conjuge in Hæresim lapsus; quia periculum tale Jure naturæ quilibet vitare tenetur. Sanch. l. 10. de Matr. D. 15. n. 5. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 16. Pont. l. 9. c. 22. n. 2. Palao n. 2. cit. Neque opus est hoc casu autoritate Ecclesiæ, cum obligationem discedendi Jus naturæ ipsum injungat. Poterit ergo conjux Catholicus tali casu eum, qui in Hæresim lapsus est, propria autoritate dimittere c. de illa 6. h. tit. König n. 14.

147 Quæritur 4. utrum teneatur conjux innocens conjugem Hæreticum respicientem recipere, & cum eo redintegrare Matrimonium? Certum est, quòd teneatur illum recipere, si propria autoritate divertit, sive se separavit; quia Hæresis, seclusa Ecclesiæ declaratione, non præbet causam perpetui divortij, sed temporalis, nempe donec alter emendetur; unde emendatione secuta, cessat causa divortij, & conjux innocens, obligatur hæretico poenitenti reconciliari, in quo maximè differt ab adulterio carnali, quippe quod, cum directè opponatur Matrimonio, perpetui divortij causam præbet; secus verò adulterium Spirituale, seu Hæresis, quippe quod permanentiam petit. Sanch. l. 10. de Matr. D. 15. n. 10. & seqq. Conink D. 35. n. 24. Pont. l. 9. c. 22. n. 2. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 16. Palao tr. 28. D. 3. p. 6. §. 2. n. 3. Idque verum est, etiamsi conjux Catholicus, dimisso conjuge in Hæresim lapsus, ingressus fuisset Religionem, aut Ordinibus SS. initiatus sit; nam ante sententiam divortij nec istos suscipere, nec illam ingredi eidem licet, sed repetere illum conjux ad Religionem Orthodoxam reversus potest, ut patet ex c. de illis 6. h. tit. & notat Palao n. 3. cit. Vivian. in c. 6. cit. pr. Zœel. h. n. 27. Schambog. n. 16.

148 Controversia inter DD. est, an si Hæreticus post Sententiam latam revertatur, recipiendus ille sit ab altera parte Catholica? Sanch. l. 10. de Matr. D. 15. n. 19. Palao §. 8. cit. n. 5. Pirhing h. n. 29. §. 30. negativæ patrocinantur propter textum c. de illis cit. qui satis apertè pro Sententia ista loquitur. Conf. ex c. fin. de Hæret. in 6. ubi in poenam Hæresis omnes, qui aliqua obligatione Hæretico obstricti sunt, absolventur.

149 Sed quamvis Sententia hæc de rigore Juris sit valde probabilis, de æquitate tamen præferenda videtur illa, quam tenent Vivian. in c. 6. cit. §. secus, Wagne-

reck *ibid.* not. 3. Barbof. n. 5. Pirhing n. 31. not. 5. h. c. Honor. n. 9. Engi n. 21. König n. 17. Reiffenstuel n. 32. & alij plures, juxta quos distinguendum est: Vel enim conjux Catholicus vult ad Religionem transire, aut in sæculo remanere.

Priore casu ex speciali privilegio Religionis non tenetur accipere conjugem ab Hæresi reversum, sicut decisum est c. fin. de convers. conjugat. Posteriore autem recipere illum tenetur, tum quia, ut n. 147. dictum est, causa perpetui divortij solum adulterium carnale assignatum à Christo est; tum quia separatio Matrimonij propter periculum incontinentiæ, & alia scandala, ac damna non est facilè concedenda, præsertim si uterque vivere velit in sæculo; tum denique, quia id satis colligitur ex c. quato 7. fin. h. tit.

Ad c. de illis cit. dico id explicari dum esse juxta c. fin. de convers. conjugat. Ad conf. constitutio c. fin. cit. poenalis est; conf. extendi non debet ad obligationem matrimonialem, quæ est ex Jure Divino.

Quæritur 5. an sicut Adulterij carnalis, sic & Spiritualis, sive Hæresis criminis quoad Divortium compensentur? Videtur esse compensationi locus, & sic neutrum eo casu ob istam causam facere posse Divortium, ex ratione; quia utriusque conjugis in Hæresim lapsi delicta paria sunt, paria autem delicta mutua compensatione tolluntur l. fin. C. de Compensat. præsertim in Matrimonijs, ac Divortijs c. intelleximus 6. & c. fin. de Adulter. §. sup. l. viro, atque uxore 39. ff. solut. Matr.

Sed tenenda est Sententia negativa, & dicendum adhuc esse divortio locum, cum distinctione tamen, quæ utitur Sanch. l. 10. de Matr. D. 16. n. 4. Vel enim judicio Ecclesiæ de Hæresis crimine uterque, vel alter solum est condemnatus. Si primum, uterque potest ab altero, hoc etiam invito, divertere, donec mutuo consensu pristinum conjugij statum, & amicitiam uterque restauret. Ratio est, quia per Sententiam, super Hæresis crimine latam, uterque conjux Jure conjugali perpetuò est privatus: quod inde colligitur; quia uno tantum in Hæresim lapsus, post talem sententiam licitum est alteri, invito illo, Religionem ingredi, atqui jus semel extinctum non reviviscit arg. l. in tantum 6. §. sacre 3. ff. de rer. divis. & l. inter stipulantem 23. §. sacram 5. ff. de V. O.

Si secundum, is, qui Ecclesiæ judicio condemnatus non est, à condemnato potest divertere, nec tenetur eidem reconciliari; contra condemnatus etiam, postquam respuit, licet divertere ab illo possit, quamdium iste perseverat in Hæresi, si tamen & ipse respiciat, tenetur eidem reconciliari. Ratio est, quia condemnatus absolute per sententiam, ut dictum est, amisit jus conjugale, non condemnatus non;

nondum amisit. *Conf.* nam Hæresis ante Sententiam Divortij causa tantum est ratione periculi perversionis. Igitur cum periculum istud, Hæretico respiciente, cesserit, etiam cessabit Divortium; post sententiam autem Divortium est poena perpetua.

¹⁵⁴ *Ad rationem dubitandi dico, compensationi in delictis solum locum esse, quando delicti poena imposita est in favorem alterius, atqui non sic imposita est poena privationis Juris conjugalis ob Hæresim; quia imposita est ob injuriam, & violationem fidei, non conjugii, sed DEO data.*

¹⁵⁵ *Quæritur 6. an quoad Divortium compententur crimina adulterij carnalis, & Spiritualis, seu Hæresis? Certum est, non compensari, antequam alter judicio Ecclesie de Hæresi est condemnatus; nam ut crimina quoad Divortium compententur, necesse est, ut utrumque crimen sit causa ex se sufficiens ad faciendum Divortium perpetuum, prout rectè advertit Sanch. l. 10. de Matr. D. 16. n. 3. atqui in tali casu solum Adulterium ex se est causa sufficiens divortij; Hæresis enim ante sententiam solum præbet causam Divortij ratione periculi perversionis, quod conjugio in Hæresim lapsio, & postea emendato, cessat.*

¹⁵⁶ *Difficultas igitur solum est in casu, quo sententia Hæresis in conjugem reum lata est. Videntur hoc casu crimina ista compensari; quia hoc casu etiam Hæresis est causa sufficiens perpetui divortij: *conf.* quoad hoc paria sunt. *Neque obstat*, quòd sint diversa crimina; nam in materia Justitiæ duo debita ejusdem rationis compensantur, licet injuriæ, ex quibus debita illa sunt orta, sint diversæ, nec compensationi obnoxia, ut fit in casu, quo Titio Cajus debet 100. ratione furti, & Cajus Titio itidem 100. ratione atrocis injuriæ ipsi illata.*

¹⁵⁷ *Sed tenenda est Sententia negativa, & dicendum, conjugem adulterum hoc casu adhuc agere posse ad Divortium adversus conjugem in Hæresim lapsum, & de hac condemnatum, nec intentionem ejus elidi posse exceptione adulterij. Ita Sanch. D. 16. cit. n. 3. Pont. l. 19. c. 22. n. 6. Palao tr. 28. D. 3. p. 6. §. 8. n. 8. Perez D. 37. de Matr. scilicet, 3. n. 3. Wiestner hic n. 95. Magnif. P. Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 119. & seqq. Ratio est, quia ratio divortij ex utroque delicto diversa, & ipsius divortij ex utroque concessi finis distinctus est, cum eorum unum principaliter privatum, alterum publicum favorem spectet. *Conf.* à paritate cum Sponsalibus de futuro, à quibus, si uterque justam causam resiliendi habeat, unus lepram alterius, hic fornicationem, sine ulla compensatione recedere uterque potest c. *quemadmodum* 25. pr. de Jureju.*

¹⁵⁸ *Ex quo cadit Ratio allata in contrarium; licet enim Adulterium, & Hæresis*
R. P. Schmalzgrueber L. IV.

post Sententiam paria sint quoad vim inducendi Divortium perpetuum, non tamen sunt paria ita, ut invicem compententur, quippe quæ in se diversa sunt, injuriam diversis inferunt, & finem diversum spectant. *Ad Exemplum* debentium sibi 100. ex diversis causis negatur paritas; nam in hujusmodi debitis aliquid tradendum est creditori: & hinc cum dolo videatur agere, qui petit, quod statim redditurus est, unum debitum per alterum tollitur. At verò in Divortio nihil alteri ab altero tradendum est, sed solum amittitur jus conjugale quoad thorum, & cohabitationem; *conf.* coalescere Matrimonium ita separatum non aliter potest, quam reconciliatone, quam casu, quo uterque nocens est, neuter alteri debet.

Quæritur 7. quale crimen esse debeat. ¹⁵⁹ *ut ejus periculum alteri conjugii det causam Divortij? & sufficere periculum cujuscumque criminis gravis. Neque obstat*, quòd c. *quæsit* 2. h. tit. uxori Divortium propter furtum, vel aliud crimen viri negetur, & disertè tantum permittatur ob perversionem Fidei, & periculum illius; id enim ideo ibi statutum est, quia plerumque non est tantum periculum futuræ perversionis ex cohabitatione cum conjugio fure, quantum est ex cohabitatione cum conjugio lapsio in Hæresim, vel Apostasiam: & hinc ex textu cit. solum inferri potest, quòd ob alia flagitia regulariter non liceat divertere, ut dictum est *suprà* n. 141. & notat Sanch. l. 10. de Matr. D. 17. n. 5. pr.

Dubitari potest, an periculum gravis ¹⁶⁰ *peccati, alteri conjugii ex cohabitatione imminens, sit causa Divortij perpetui? Affirmat Innoc. in c. de illa 6. h. tit. fin. ductus paritate cum Hæresi, ex qua Divortium perpetuum fieri posse dictum est *suprà* n. 140. Consentit ex parte Veracruz *Specul. p. 3. art. 1. concl. 4.* ubi ait, probabile esse, quòd etiam ob alia crimina, & periculum illorum innocenti imminens liceat divertere perpetuò Jure naturæ, & Divino, quamvis Ecclesiastico Jure prohibitum sit c. *quæsit* cit.*

Sed retinenda est negativa sententia, ¹⁶¹ *& dicendum casu, quo nocens seriò convertitur, & sic periculum perversionis cessat, obligari innocentem, ut conversum recipiat, & Matrimonium cum ipso redintegret. Ita Zabarell. in c. de illa cit. fin. Sylv. V. Matrimonium 9. n. 12. Sot. in 4. dist. 39. q. un. art. 4. ad fin. Bellarm. l. 1. de Matr. c. 14. §. secunda causa, Maldonat. in Matth. c. 5. n. 32. Lud. Lop. p. 2. Instrucl. de Matr. c. 53. fin. Petr. de Ledesm. de Matr. q. 62. art. 5. ad 1. Sanch. l. 10. de Matr. D. 17. n. 12. Wiestner hic n. 97.*

Ad argumentum Innocentij nego paritatem; ¹⁶² *nam Hæresis post sententiam privat Jure debiti conjugalis exigendi, & cohabitationis mutue: quo jure quòd conjux nocens privetur perpetuò ob alia crimina, ex-*
M m m 2 cep

cepto adulterio, nullo Juris textu probari potest. Distinctio *Veracruj* fundamento caret: imò si Jure naturali permiffum effet divortium perpetuum ob alia crimina, Ecclesia id restringere nec potuiffet, nec voluiffet.

163 Quæritur 8. an Divortio justam causam præbeant verbera inflicta, vel timenda à marito? Tres sunt sententiæ. *Prima* affirmat absolute. *Secunda* negat extra casum, quo ex verberationis atrocitate timetur mortis periculum. *Tertia*, & meo judicio tenenda distinguit inter verberum inflictionem, an levis solum, ac moderata, an verò gravis, & excessiva sit.

164 Si primum, causam divortij nullatenus præbet; quia censetur facta potius causa correctionis, quæ viro respectu uxoris permiffa est *can. sicut 39. junct. Gloss. V. judicari caus. 7. q. 1. Abb. in c. 5. de Jurejur. n. ult. Tholof. Synt. l. 9. c. 15. Petr. Barbol. ad Rubr. ff. solut. Matr. p. 2. n. 31. Sanch. l. 10. de Matr. D. 18. n. 13. Gonzal. in c. 1. b. tit. n. 12. Engl. hic n. 23. Schambog. n. 40. Wiestner n. 110. Reiffenstuel n. 38. Magnif. P. Schmier p. 2. de Matr. c. 5. n. 141. Proceditque hoc, etiam si vir levi, & moderata verberatione usus esset sine justa causa, ut cum alijs notat Sanch. l. cit. ex ratione, quòd ea nec virum arguat sævitæ, nec justæ, & in constantem animum cadentis metus causam uxori præbeat: hinc alio remedio vel judiciali, vel extrajudiciali maritum ad limites discretionis debet reducere.*

165 Si secundum, altera distinctio est opus, & videndum, an verbera processerint ex insolita quadam ira, & inopinato perturbationis motu, absque timore probabili ejus imposterum exercendæ; an verò imposterum repetenda verisimiliter timeri debeant. Nam si prius contingat, non sunt causa justæ divortij, ut rectè Barbol. in Rubr. ff. solut. Matr. p. 2. n. 32. Gutier. l. 1. Q. Q. can. c. 24. n. 9. Sanch. D. 13. n. 16. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 17. & secundò. Palao tr. 28. D. 3. p. 6. §. 9. n. 7. Pirhing hic n. 61. coroll. 2. Engl. n. 23. Wiestner n. 101. Reiffenstuel n. 39. quia unica, etiam excessiva, verberatio non probat sævitiam, quippe quæ assiduitatem, aut saltem propensionem, & proclivitatem quandam ad grave malum inferendum videtur exposcere.

166 Si posterius, hujusmodi verberatio justam præbet divortij causam. Tiraquell. *connub. l. 1. Gloss. 1. n. 24. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 7. §. 5. n. 1. Sanch. n. 16. cit. Pont. l. 9. c. 23. n. 5. Bosco de Matr. D. 12. scđ. 16. concl. 13. à n. 446. Pirhing hic n. 62. Engl. n. 23. Reiffenstuel n. 41. Magnif. P. Schmier n. 139. Et procedit, etiam si uxor culpam commiserit tam acri castigatione dignam. Sanch. n. 16. fin. Pont. n. 5. fin. Bosco n. 443. Canif. in c. 2. b. tit. n. 3. Pirh. n. 61.*

Reiffenstuel n. 45. *arg. can. de Benedicō 5. caus. 32. q. 1. & l. nec timorem 7. ff. de eo, quod met. caus.* Ratio est, quia quamvis uxor ob qualitatem delicti puniri possit, & castigari tam gravi, vel atroci pœna, tamen hæc non competit viro, sed Judici. Non autem necesse est, ut verba ejusmodi sint actu illata, sed sufficit, quòd probabiliter timeantur. Engl. n. 23. cit.

Porro quamnam gravis verberatio aut crudelis, & atrox tractatio censenda sit, item quando sint attendendæ minæ, ut sufficientem causam Divortio faciendæ præbeant, multum pendet ex arbitrio Judicis, qui circa hoc in considerationem adducet qualitatem personarum, & alias circumstantias. Juxta Pont. n. 5. cit. Sanch. n. 10. generaliter tunc verberatio gravis, seu atrox, & crudelis tractatio, ad divortium sufficiens est, quando consideratis personis, metum gravem, cadentem in constantem animum, etiam citra periculum vitæ, incutit: & talis, ut exemplificat Pontius, est percussio, ex qua abortus sequitur; item quæ sanguinolenta est (non tamen ex naribus) aut vulnus facit, præsertim in capite, aut facie; item quæ ad tempus infirmitatem uxori causat, ita, ut ad dies aliquot se continere in lecto cogatur; item quæ sit in pectore, ita ut per aliquot dies sanguinem spuat uxor, vel quæ sit baculo, in percussione fracto; item & vel maximè, quæ fit cum periculo vitæ, ut si vir apponat uxoris collo, aut pectori cultrum, gladium, sclopetum cum animo, aut minis occidendi; focus, si id faciat ad secretum aliquid eruendum. Advertit insuper l. cit. Pontius, & cum eo Bosco, minores molestias sufficere ad probandam sævitiam viri, si uxor Nobilis est, pudica, honesta, & morigera, quam si plebeja, rixosa, immorigera &c.

Quæritur 9. an ob sævitiam uxoris¹⁶⁷ divertere etiam valeat maritus? Negat Gloss. in c. 2. b. tit. V. vel alio, Hoff. in c. 25. de Jurejur. in fin. Ant. de Butrio *ibid. §. illud autem in fin.* 1. quia SS. Canones, qui divortij ex sævitæ causa meminere, de sola uxore, à viro sibi timente, loquuntur, 2. quia *can. quidquid 22. caus. 32. q. 5. Quidquid mulier contra virum cogitaverit, aut fecerit, non esse, exceptâ causâ fornicationis, rejiciendam.* 3. non est eadem ratio uxoris, & mariti; nam iste uxoris caput, conf. ipsa marito suo subjecta est: ac propterea coercere virum, ipsùmque punire non potest.

Sed meliori ratione etiam maritus ab uxore, vitæ suæ insidias struente, si ab ea aliter se tueri nequeat, divortium potest fecere. Ita Abb. in c. 1. b. tit. n. 4. Joan. Andr. *ibid. n. 3. Hoff. n. 2. Alex. de Nevo n. 4. Gaëta in can. ad l. mina 30. q. 1. §. 4. n. 235. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 7. §. 5. n. 2. Barbol. ff. solut. Matr. q. 2. n. 23. Ledefini q. 62.*

g. 62. art. 1. dub. 4. Gutier. l. 1. qq. can. c. 26. n. 8. Sanch. l. 10. de Matr. D. 18. n. 8. Pont. l. 9. c. 23. n. 8. Palao tr. 28. D. 3. p. 6. §. 9. n. 6. fin. Gonzal. in c. 1. b. tit. n. 12. Wiestner hic n. 104. Reiffenstuel n. 53. *ibid.* Ratio est, quia Jus naturale concedit cuius facultatem se adversus vim injustam tuendi, & mortis sibi inferendæ periculum quoquo modo declinandi. atqui periculum hoc etiam potest imminere marito ab uxoris malitia. igitur sicut uxor ob sævitiam mariti discedere à marito potest, ita maritus ab uxore. *Conf.* nam cum tali periculo Matrimonium non censetur ullum ex conjugibus obligare.

170 Neque obstant Argumenta contraria. *Ad 1. SS.* Canones solius uxoris meminerunt, quòd viri in uxorem sævitia sit frequentior, quàm uxoris in virum: unde cum in correlativis, quod dispositum est de uno, etiam dispositum censetur de altero, si eadem sit de utroque ratio, textus isti etiam de marito debent intelligi.

Ad 2. can. cit. intelligi debet de Divortio perpetuo; nam temporale ex aliis causis permittitur esse uxori, patet ex *Trid. sess. 24. can. 8. de sacr. Matr.* *Ad 3. ratio,* quare uxor ob sævitiam mariti possit divortium facere, est, quia vitam adversus insidias quovis modo tueri Jus naturale permittit *l. ut vim 3. ff. de J. & J. & l. itaque 4. pr. ff. ad Leg. Aquil.* quæ ratio non minus pugnat in marito, cum ipsi insidias struit uxor.

171 *Quæritur 10.* an ob sævitiam conjugis, vel aliud simile incommodum liceat conjugi propria autoritate divertere? *Non licere, sed opus esse,* ut interveniat autoritas Judicis. Ita *Covar. p. 2. de Sponsal. c. 7. §. 6. n. 10. Sanch. l. 10. de Matr. D. 18. n. 3. Pont. l. 9. de Matr. c. 23. n. 7. Palao tr. 28. D. 3. p. 6. §. 9. n. 6. Wiestner hic n. 105. arg. c. licet 1. c. litteras 13. c. ex transmissa 2. de restit. spoliat. c. porro 3. & c. significasti 4. b. tit. Ratio est,* quia agitur de dissolutione Juris, & obligationis Sacramenti Matrimonij, quod cedit in valde grave præjudicium conjugis, à quo fit separatio: ut adeo sine iudicio Ecclesiæ instituenda non sit.

172 *Excipiuntur* si periculum sit in mora, ut plerumque esse existimat *Engl hic n. 23. Reiffenstuel ibid. n. 48.* tunc enim conjugi non vertetur vitio, si propria autoritate à sæviente recedat, nec restituitur, nisi à sæviente cautio de non offendendo præstetur, ut dictum est *Libr. 2. Tit. 13. n. 62. v. 2.* Cautio autem ista, ut *ibidem* monui, regulariter præstari debet per pignora, aut fidejussores, ut mulier in eventum læsionis habeat, unde satisfactionem, etiam pecuniariam, propter injuriam exigere possit. Quod si tamen conjux sævienti ob inopiam pignora, aut fidejussores habere nequeat, ejus Juramentum pro cautione acceptabitur *auth. generaliter c. de Episc. & Cleric.* Si verò

adhuc diffidat uxor ob capitale odium viri, vel irreligiositatem illius, quòd Juramentum credatur facile violaturus, cohabitatio injungi uxori fugienti non debet, sed apud parentes, cognatos, aut in alio tuto loco collocari poterit, dum causa videatur. *Sanch. D. 18. cit. n. 40. §. 41. Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 17. Canif. in o. 2. b. tit. n. 3. Engl hic n. 23. Pirhing n. 62. Schambog. n. 40. König n. 8. Reiffenstuel. n. 48. §. 49.*

173 *Imò Pont. l. 9. c. 23. n. 6. allegans* plures alios, & Rotæ decisionem, docet, quòd si uxor plenè probeat sævitiam viri, cautionem de non offendendo accipere non teneatur, sed divortium absolute petere possit, eò quòd tunc tantum cautioni huic locus sit, quando sævitia plenè probata non apparet, sed indicia solum, & signa adfunt quæ sævitiam concludenter non probent; tunc enim fragilitati cautionis fidendum non est.

174 *Porro Judex,* qui cognoscere de causa Divortij potest, est solus Judex Ecclesiasticus; quia est causa Spiritualis. *Procedet autem ad sententiam Divortij* tunc solum, quando cognoverit, quòd causa sit legitima, & quòd uxori contra sævitiam mariti per pignoratitiam, fidejussoriam, aut juratoriam cautionem, ut dictum est, prospici sufficienter nequeat. *Wiestner hic n. 105. cit. cum alijs.*

175 *Quæritur 11.* an, postquam Divortij sententia ob sævitiam lata est, conjugibus ita separatis sit licitus ingressus Religionis, vel susceptio SS. Ordinum? *Certum est,* non esse licitum nocenti sine innocentis consensu; quia hic sævitiam deponere, & eà depositâ Matrimonium ad innocentis petitionem redintegrare tenetur. *Sanch. l. 10. de Matr. D. 18. n. 49. fin. Wiestner hic n. 106.*

Dubium est de innocente. Videtur non esse licitum; quia ingressus in Religionem, & susceptio S. Ordinis supponit Divortium perpetuum, cujus justa causa non sævitia, sed sola conjugis fornicatio est *can. quidquid 22. caus. 32. q. 5. Conf. cessante sævitia, vel præstita sufficienti cautione de incolumitate, Matrimonium est redintegrandum: quod non fieret, aut fieri posset post Professionem editam, vel Ordinem Sacrum susceptum.*

176 *Sed distinguendum est, an Sententia Divortij solum temporanea, & ad certum, incertumve tempus lata sit, vel omnino sit absolute lata & in perpetuum, quòd ob sævienti improbitatem spes de emendatione nulla appareat. Si primum, & spes emendationis sit, ingressus Religionis, & Ordinis Sacri susceptio divertenti procul dubio permittitur non est ob rationem deductam. Barbof. Rubr. ff. solut. Matr. p. 2. n. 25. Sanch. D. cit. n. 49. Palao tr. 28. D. 3. p. 6. §. 9. n. 12. Perez D. 57. de Matr. sect. 5. n. 9. Wiestner hic n. 107. cum alijs.* Si

secundum, & Judex arbitratus fuerit, conjugem sanum non corrigendum, innocens ad Religionem transgredi, etiam altero conjugem invito, potest; quia ingressus in Religionem solum obstat obligatio reddendi debitum conjugale: quæ obligatio cum per sententiam Divortij perpetui tollatur, idcirco non apparet causa, quæ transitum hujusmodi illicitum reddat. Navar. *Man. c. 22. n. 22. §. quinto.* Henriq. *l. 12. c. 5. n. 10.* Barbof. *l. cit. n. 26.* Sanch. *n. 49.* Palao *n. 12.* Perez *n. 9. cit.*

177 *Ad Rationem dubitandi* fornicatio est causa per se divortij perpetui, sævitia verò solum per accidens, quatenus scilicet correctio nulla sperari potest: & hinc sicut sperari reconciliatio nequit, ita innocens ab ingressu Religionis impediri non poterit. *Ad Conf.* id verum est, quando sententia divortij est solum ad tempus certum, incertumve lata: secus si absolute; nam tunc innocens semel jam professus, aut in Sacris constitutus ab altero contra spem correctio revocari non amplius potest, ex Regula, quod factum legitime revocari non debeat, fuit autem ingressus innocentis in Religionem legitimus, nec sententia divortij processit ex falsa præsumptione, sed in pœnam sævitie alterius, & tutamen innocentis lata est absolute. Sanchez. *l. cit. Perez n. 9. §. 49.* Wiestner *n. 709.* & confirmatur à paritate divortij instituti post sententiam latam in causa Hæresis; nam sicut tunc innocens, etiam casu, quo in Hæresim lapsus respicit, redintegrare non tenetur Matrimonium, ita nec tenebitur in casu nostro.

178 *Quæritur 12.* quid dicendum, quando conjugum alter factus est furiosus, & de statu mentis dejectus? *3.* cum distinctione: Vel enim sanus cohabitare cum illo potest sine periculo suo, vel non. *Si primum*, alterius furor non præstat sufficientem divertendi causam, sed sanus cohabitare illi, & ministrare tenetur; quia ut *can. si uxorem 18. caus. 32. q. 3.* innuit S. Augustinus, ob nullum infortunium conjugis est dimittendus: cons. tali casu etiam non licebit ingressus in Religionem. Sanch. *l. 10. de Matr. D. 18. n. 18. §. 42.* Neque sufficientem tali casu divertendi causam præbere censenda est molesta cohabitatio cum tali conjugem, & frequentes rixæ cum illo; quoniam hæc absque culpa conjugis amentis accidunt: & propterea causam potius miserationi dant, quam discessui.

179 *Si secundum*, & sine periculo suo gravi conjugis sanus cum furioso cohabitare nequeat, videndum, an spes probabilis extet fore, ut conjugis furiosus ad suam mentem restituatur, vel saltem, ut furor ille ita sedetur, ut possit esse tuta cum illo habitatio: aut contra experientia manuducente, & peritis Medicis id asseverantibus, desperetur reditus ad pristinum statum, ac furoris impetūs extinctio, ac proinde tuta cohabitatio.

Si prius, iterum Religionem ingredi, vel Ordines sacros suscipere conjugi sano non licet; quia tunc divortium est solum temporale, nec conjugis furiosus jure conjugali in perpetuum privari absque culpa sua potest. *Si posterius*, integrum est conjugi sano ad Religionem transire; quia tunc divortium est perpetuum, cons. militat eadem ratio, quæ in Divortio ratione adulterij, Hæresis sævitie post latam sententiam absolutam. Sanch. *n. 48. cit.*

Notandum tamen est hæc discrimen, aliquod inter casum, quo ex causa sævitie Divortij sententia lata est absolute, & inter casum, quo ex Ecclesiæ judicio factum est divortium perpetuum ex causa furoris; nam *primo casu*, ut *n. 177.* dictum est, post ingressum in Religionem non redintegratur Matrimonium, quamvis ex post facto conjugis sanus præter spem respiscat, & periculum ex sævitia innocenti imminens ita cesset, ut eidem ex cohabitatione nihil timendum sit: Contrà redintegrari debet *casu posteriori*, si præter spem furiosus ad mentem redeat; cons. si conjugis sanus mutavit statum, & vel Religionem professus, vel Sacro Ordine initiatus est, revocari à conjugem suo potest, ut rectè advertit Sanch. *l. cit.* Ratio *disparitatis* est, quia in priori casu in pœnam sævitie divortij sententia lata est absolute; in posteriore autem solum ex falsa furoris perpetui exiliminatione: sententia autem, quæ ex errore processit, retractatur.

Quæritur 13. apud quem, facto Divortio, Liberi educari, & ali debeant? *3.* educari, & ali debent penes conjugem innocentem: & quidem apud matrem, expensis patris, si pater divortio causam dedit; si verò mater, apud patrem, expensis matris locupletis, nisi pater minus idoneus sit; tunc enim apud matrem nutririi debent, ut habetur *Aub. si pater C. divort. fact. & Novell. 117. c. 7.* Sanch. *l. 10. de Matr. D. 22. n. 2.* Laym. *l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 19.* Palao *tr. 28. D. 3. p. 6. §. 10. n. 4.* Puhing *hic n. 63.* Reiffenstuel *ibid. n. 103.*

Limitandum tamen hoc 1. est, nisi conjugis innocens, qui causam divortio non dedit, sit infidelis, is autem, qui in culpa fuit, sit fidelis; tunc enim in favorem fidei, ne proles in infidelitate educetur, tradenda est alteri conjugi fideli *c. fin. de convers. infid.*

Limitatur 2. quando culpa viri factum est divortium, & mater transijt ad secundas nuptias; tunc enim proles non relinquatur educanda Matri, ut colligitur ex *Aub. si pater cit.* & notant Sanch. & Pirhing *l. cit.*

Limitatur 3. si mater causam divortio dedit, & locuples sit, pater autem sit minus idoneus, vel pauper; tunc enim apud matrem proles est educanda. *Aub. si pater, & Novell. cit.* Idemque similiter dicendum est, si è contrario pater dedit causam

fam divortio, & ipse locuples fit, mater autem pauper: tunc enim alenda est proles apud patrem; quia eadem est ratio, & pater, ac mater sunt correlativa, adeoque

dispositum de uno censetur etiam dispositum in altero. Sanch. l. cit. n. 3. Laym. n. 19. Pirhing n. 63. Reiffenstuel n. 105.

TITULUS XX.

De Donationibus inter virum, & Uxorem, & de Dote post Divortium restituenda.

Matrimonio per Divortium dissoluto, restituenda est Dos, & Donatio propter nuptias: unde non immeritò de his, & alijs Donationibus, quæ inter conjuges fiunt, agitur,

§. I.

De Valore, & Firmitate Donationum inter conjuges.

S U M M A R I U M.

1. Donationes sunt multiplicis generis.
2. 3. 4. Inter conjuges factæ, si merè liberales sint, invalidæ sunt.
5. Alij contractus, inter eosdem celebrati, valent.
6. Imò etiam donationes, si non sint merè liberales.
7. Aut tales, quibus donans pauperior, donatarius locupletior fiat.
8. Casus, in quibus Regula Juris communis locum habet.
9. &c. Casus excepti ab ista Regula.
19. 20. 21. An Maritus in gratiam Uxoris repudiare possit hereditatem sibi delatam, aut Legatum, vel Fideicommissum sibi relictum?
22. 23. 24. 25. An valeant Donationes Remuneratoriæ factæ uxori à marito?
26. 27. 28. 29. An Renuntiatio lucrorum, constante Matrimonio questorum, vel querendorum facta ab uno in favorem alterius conjugis?
30. 31. 32. An valida sit Donatio inter Sponfos de presenti, facta ante Matrimonij consummationem?
33. 34. 35. 36. Quid dicendum de valore Donationis, quæ facta est inter conjuges, quorum Matrimonium ob Impedimentum dirimens fuit nullum?
37. Quomodo Donatio, inter conjuges facta, confirmetur morte donantis?
38. 39. 40. 41. Requisita, ut sic confirmetur.
42. 43. 44. An eadem Donatio etiam confirmetur morte Civili?
45. 46. 47. An juramento prestito de ea non revocanda?

Donationes, quæ inter conjuges fiunt, sunt multiplicis generis; nam aliquæ sunt ante, vel propter nuptias: & talis est, quæ à marito contemplatione Dotis, sive ad illius securitatem affertur uxori. Aliæ post nuptias: & hæc iterum sunt duplicis generis, aliquæ videlicet gratis & ex mera liberalitate factæ, aliæ mutuæ, & remuneratoriæ, priores, seu quæ ante vel propter nuptias fiunt, quia naturam Dotis in pluribus imitantur, sequenti §. servabuntur, ubi de Dote. De posterioribus.

Quæritur 1. an, & quatenus Donationes inter conjuges valeant, vel non valeant? 2. ex Regula Juris communis infirma est omnis Donatio, quæ inter conjuges fit ex mera liberalitate, & donantem pauperiorem, donatarium verò, seu recipientem locupletiolem reddit. Sanch. l. 6. de Matr. D. 1. n. 2. Palao tr. 32. D. 2. p. 25. §. 1. n. 1. Vivian. in c. fin. hoc tit. pr. Barbof. ibid. n. 1. Gonzal. n. 3. Zoef. hic n. 1. Engl. n. 1. Pirhing n. 2. Reiffenstuel n. 3. Magnif. P. Schmaier

p. 2. de Matr. c. 4. n. 37. & statuitur c. fin. cit. & l. moribus 1. ff. b. tit. ubi ratio redditur, ne conjuges mutuo amore invicem spoliarentur, dum donationibus non temperantes, profusa erga se facilitate uterentur, atque ita, ut l. hæc ratio 3. pr. ff. eod. Ulpianus addit, melior in paupertatem incideret, & deterior ditior fieret. Aliam rationem dat Paulus l. nec esset 2. ff. eod. ne conjugalis concordia, & conjugia ipsa venalicia, aut pretio conciliata videantur, atque ita discutebantur, seu dirimerentur Matrimonia, si non donet is, qui possit; concordiam enim (& societatem, atque affectum conjugalem) non pretio, sed obsequio, virtute, & industria comparandam Sapientes, & meritò censuerunt cum Ciceron. l. 2. de Offic.

Dixi autem 1. Ex Regula Juris communis, nam de Jure nostro Bavarico Donationes inter conjuges liberè factæ, nullis extantibus, aut supervenientibus liberis valent; his autem supervenientibus evanescent. Land-Necht Zw. 1. art. 15. pr. Putat quidem

Ar.